

A 231
3

Alte

Sammlbd.

Lil

Hist.

III. C. 0

Quarts. N. 523.

Bibliothek
Ges. für Politikwiss.

Ungültig

~~II 420 T 12. 4~~

T. VI, 882.



Hoc in Volumine Legatur

1. Notia biblica filiorum Dei
2. De legibus moracio ante Moysen
3. De agitatione copiarum coelestium circa finem orbis expectanda ad Matth: 24, 25 et Luc: 21, 1.
4. De peccati origine: iuxthacit a parabolis ad libros propagationis
5. De Dei pulchritudine
6. Formatio ~~et~~ verbi perfecti ac nominis
7. ab göttl. Brüder: de fratre dñis yākob. virtutibus, p̄f. primis ab Ioh: V, 29.
8. De Torture q̄nq̄s qualitatibus, usq; antiquo et emblemata
9. De evangelio I. Marti
10. Epis. aque in Mispah ad 1 Sam: VIII, 6.
11. De die appropinquante ad Hebr: X et 25.
12. Scholae genii criticae tunc senioris specimen
13. De Theocrate Israelitarum
14. De tonis enigmatisco
15. Idea Etymicissimi ad Ep̄: II et 11, 12.
16. De profanis et aniliter yatalis vitaibz ad 1 Timoth: IV, 9.
17. De Simoleo confessor ad 1 Timoth: VI, 12.
18. Hermeneutica Regia Jacobi in psalmis eiusdem
19. Senioris Volum s. Joh: 1, 2.
20. De paulo primo Israelitarum rege ad 1 Sam: XIII, 1 et 1.
21. Diopatatio philologica ad Ebr: 18, 12-15.
22. Incredulitatem finalē est patrem heccti in spiritum s. vere insatiabilem
23. 24. De corpore mortis ad Jud: IX. Diop: I et II.
25. De studio magico Iudeorum
26. Explicatio vocis Iudaici Lutheranorum et Reformatorum
27. De vano sp̄ iniquis Iudeorum conversionis ad Rom: XI, 19-21.
28. De vera gloria q̄nq̄s cupiditate non illaudabili
29. In Psalma xliii.

30.



30. De iis, que circa festum Pentecostes sunt memorabilia
31. Propter illam difficultatem illarum
32. De ceteris peccatorum poenis Hebrei xii. 21. n.
33. Sepulturam in terra s. a Iacobu et forepho expectant d. Gen: 47. 29. 49. 29. 50. 7.
34. De oleo unctionis s. ad Exod: xxxv. 22 - 27.
35. De decem nominibus, quibus apud Hebreos designatus Deus.
36. De summo Veterum Etiorum pontifice.

RECTORE. ACADEMIE. MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO. PRINCIPE. AC. DOMINO
DOMINO. FRIDERICO

DVCE. MEGAPOLITANO
PRINCIPES. VANDALORVM. SVERINI. AC. RACEBVRGI. COMITE. ITEM
SVERINENSIS. TERRARVM. ROSTOCHII
ATQVE. STARGARDIÆ. DYNASTA
PRINCIPES. AC. DOMINO
NOSTRO. LONGE. CLEMENTISSIMO

**EXEGESIN. THEOLOGICAM
NOTIONIS. BIBLICAE**
FILIORVM. DEI

AD PROBANTE
SVMME. VENER. THEOLOGORVM. ORDINE
PRAESIDE

**BERNHARDO. FRIDERICO
QVISTORPIO**

PHIL. ET. S. S. THEOL. DOCTORE. HVIVSQVE
PROFESSORE. PVBLICO. ORDINARIO
D. XXIV. MARTII. A. O. R. c1515CCLII

PVRLICE. DEFENDET
FRANCISCVS. ERNESTVS Lange,

GRABOVIO - MEGAPOL.
SACR. LITTER. CVLTOR.

LITTERIS ADLERIANIS.

DOMINGO: BETHAGO
DAVG: MATHIAS: CO.
HAG: MARIA: CATHARINA: LIA:
P. NICOLAI: A. G. T. S.
ERGBER: CIBORI: E. CO.
H. Q. V. M. D. E. I.
H. R. A. S. D. E. R. I. C. O.
H. R. B. R. O. D. E. R. I. C. O.
H. R. B. R. O. D. E. R. I. C. O.

P. 57



SYNOPSIS.

§. I. CHRISTVS secundum diuinam naturam vocatur DEI filius eminenter, idque nec contradictionem habet, nec deitatem illius euerit. contra RACOVENSES. SMALCIVM CRELLIVM.

§. II. NON dicitur filius DEI, quia homo fuerit excellentissimus. pe-tulanter obiicitur, CHRISTVM se numquam DEI filium appellasse, eoque nomine publicando diabolos in-

terdixisse. contra E- DELMANNVM.

§. III. NOMEN filii DEI non est officiale, licet eodem MESSIAS describatur. contra ROEL-LIVM et LOCKIVM.

§. IV. CHRISTVS adpellatur DEI filius emphatice respectu generationis et dilectionis: formaliter ratione prioris. generatio aeterna non est impossibilis, vel absonta, contra SOCI-NIANOS.

§. V

§. V. EXPLICATVR
PS. II, 7. de aeterna filii
DEI generatione. contra RACOVENSES.
LAVR. REINHARDVM, qui demonstra-
tionem generationis ae-
ternae; et I.F. STIE-
BRITZ, qui productio-
nem humanae naturae
in tempore a SPIRITU
S. factam, intelligunt.

§. VI. VINDICANTVR
PROV. VIII. 22 sq. et
MICH. V. I. a SOCI-
NIANORVM detor-
fitionibus.

§. VII. A. NOMINE filii
DEI, et generatione ae-
terna ad eius summam
deitatem recte conclu-
ditur. contra REMON-
STRANTES, sigillatum
LIMBORCHIVM. SO-
CINIANOS, ROELLI-
VM, qui generationem
proprie dictam infitiantur.
Ils non est exigui
momenti. contra BAS-
HVYSEN et REMON-
STRANTES.

§. VIII. CHRISTVS etiam
secundum humanam
naturam vocatur DEI
filius, quid LOMBAR-
DVS et scholastici de
hac quaestione disputa-
rint? quaenam theolo-
gorum mens sit? quad
IAC. MARTINI et CA-
LOVIVS dissenserint?
quibus de caussis SOCI-
NIANI. ARMINIANI
et LOCKIVS, CHRI-
STVM hominem DEI
filium adpellent. obie-
ctiones ex PS. II, 7. eius-
que trina allegatione
ACT. XIII. HEBR. I. et
V. diluuntur.

§. IX. NVM. CHRISTVS
homo dicatur filius DEI
propter miraculosam
humanae naturae pro-
ductionem? de dicto
LVC. I. 35. SOCINIA-
NI. DEV M patrem
CHRISTI hominis vo-
cant patrem naturalem.
in cuius locum substi-
tuit STIEBRITZIVS.
SPIRIT. S. argumenta-
nt etiam eiū

eius expenduntur, et filii
mulzinzendor-
fiani notantur.

§. X. NVM. CHRISTVS
sit DEI filius adoptiuus?
adfirmarunt respectu
diuinae naturae ARIA-
NI. BONOSIANI
THEODISCVS, hispa-
lensis & SOCINIANI;
respectu humanae na-
turae ADOPTIANI
SAEC. IIX., de qui-
bus hic agendum est.
principes eorum exsti-
terunt FELIX & ELI-
PANDVS, quorum hi-
storia recensetur.

§. XI. ADOPTIANI
CHRISTVM homi-
nem, filium DEI ado-
ptiuum, indeque natura
seruum & DEVm tan-
tum nuncupatiuum
esse, adfirmant. num
tota disceptatio de no-
mine fuerit? num ADO-
PTIANI. NESTORI-
ANISMI rei fuerint?
concluditur, CHRI-
STVM hominem esse

DEI filium non adopti-
uum, sed naturalem.
objectiones soluuntur.

§. XII. ANGELL pariter
DEI filii in S. litteris
adpellantur. infitiatus
est quondam CHRYS-
SOSTOMVS, recenter
WERNSDORFLVS,
angelos GEN. VI. 2. 4
intelligendos esse, nega-
tur, & errandi occasio
exponitur.

§. XIII. IOB. I. 6. II. 1. an-
gelos bonos filiorum
DEI nomine significari,
adfirmatur. num hi-
storia IOBI sit drama,
aut parabola?

§. XIV. IOB. XXXVIII. 7.
angeli omnes dicuntur
filii DEI. noua senten-
tia KOCHII recitatur.

§. XV. CVR angeli vo-
centur DEI filii? disqui-
ritur. rationes nimis cu-
mulat ODE. generales
distinguenda sunt a
specialioribus, quae tan-
tum in bonos angelos
conueniunt.

§. XVI.

§. XVI. HOMINES etiam secundum naturam considerati vocantur DEI filii, ADAMO hoc nomen imponitur LVC. lli. 38, de quo, non CHRISTO homine id adcipiendum esse, doceatur. ADAMVS vocatur DEI filius ratione creationis immediatae, non respectu immortalitatis, contra LOCKIVM.

§. XVII. OMNES. ADA-MI posteri, sensu media-to, sunt DEI filii; vix autem generatim ita in S. litteris appellantur, verba EPH. lli. 14. 15. huc non spectant, iudeorum pater DEVS saepius vocatur, iisque filii eiusdem, tam ratione

creationis mediatae, quam ratione amoris et beneficiorum, quae ad omnes homines secun-dum naturam spectatos non immerito exten-duntur.

§. XVIII. IVDICES. ISRA-ELITARVM adpellan-tur Dll et filii ALTIS-SIMI, PS. LXXXII. 6. 10A. X. 34. num ad omnes magistratus no-men istud se proferat? num metaphoricum tantum, an simul ty-picum sit? contra LAM-PIVM. cur magistratus Dll et DEI filii dicantur? quo sensu hoc dictum a CHRISTO excitetur? contra SOCINIANOS.





A



S. I.

D. FILIOS, DEI, in quibus maximum
instituti mei positum est momentum,
complanatam habeo viam, postquam de
filiis generatim consideratis sub anni su-
perioris egressum absolui. notionem fi-
liorum DEI biblicam distinetius eruere non licet, nisi tribus
velut classibus constitutis, ad quas omnes, quorum sacer codex
mentionem iniicit, reuocari possunt filii DEI: CHRISTVS,
angeli & homines. CHRISTVS, a quo merito ordior, DEI filius
eminenter adpellatur, eoque significatu, quo nulli angelo,
nulli homini ($\psi\lambda\omega$) id nomen dari potest a). tanto melior, in-
(A) quit

a) vid. IOANN. BRAVNIVS commentar. in epist. ad ebraeos ad h. l.
p. 66. 69.



quit PAVLVS. HEBR. I. 4. 5. angelis factus, quanto differentius
 prae illis haereditauit nomen. cui enim dixit umquam angelorum: fi-
 lius meus es tu, ego teodie genui TE? & rursum: ego ero illi in P. A-
 TRE M: & ipse erit mibi in FLIVM. quamobrem CHRISTVS
 non filius solum DEI, verum etiam filius simpliciter, nullo
 epitheto adiecto, vocatur IOA. III. 35. 36. EBR. I. 8., vt
 vel ex ipsa voce intelligatur, quanta prae omnibus reliquis filiis
 DEI polleat CHRISTVS ἔξοχος. excellentia, qua CHRI-
 STVS omnes alios filios DEI longissime transcendit, non est
 alia, quam eius ὁμοιοια cum patre, IOANN. XIV. 10. II.,
 per quam cum eodem eamdem habet numero essentiam. hanc
 CHRISTVM secundum diuinam per aeternam generatio-
 nem; secundum humanam vi uisionis personalis possidere, po-
 stea docebatur, nunc mihi cum iis res tantum est, qui CHRI-
 STO, vt filio DEI veram & summam diuinitatem abjudicant,
 vel hanc nomine filii DEI insinuari negant. SOCINIANI, vt
 alios omittam, nullum DEI filium adgnoscunt, diuina essen-
 tia praeditum, et si CHRISTVM hominem largiantur, qui
 in terris versans DEI filius audierit, natura tamen diuina ca-
 ruerit. etenim negant pluralitatem personarum in vna essentia
 diuina; negant incarnationem & distinctionem naturarum in
 CHRISTO. RACOVIENSES b) obiectionem, quam fibi
 formant: verum christiani non solum patrem, verum etiam filium &
 spiritum S. personas esse in una deitate vulgo flatuunt? hunc in mo-
 dum soluunt: non me clam est, sed grauiter errant, argumenta eius
 rei afferentes escripturis male intellectis. deinceps querunt c): di-
 xeras paullo superius dominum IESV M natura esse hominem, an idem
 habet naturam diuinam? respondent statim: nequaquam, nam id
 non solum rationi sanae, verum etiam diuinis litteris repugnat. ratio,
 quae excitatur, sana maxime deriuatur ab unitate essentiae DEI
 numer-

b) catechesi, quæst. 75. p. 84. ed. 1739.

c) catechesi, racom., quæst. 97. p. 123. f. 2.



numerica d): *quapropter plures numero personae in ea esse nullo pacto possint*: vnam autem hanc personam esse DEVM patrem. sed scriptura S. docet, vnum istum DEVM, in cuius normen baptizamur, esse patrem, & filium, & spiritum S. M A T T H. XXVIII, 19, atque personarum pluralitatem, numerumque ternarium, essentiae diuinae unitatem haud euertere, IOA. V, 7. eo nihilosecias vesaniae progrediuntur SOCINIANI, vt ipso filii DEI nomine, quo CHRISTI deitas inuitate confirmatur, ad eam oppugnandam abutantur. VALENT. SMALCIVS e) scribit: *nimirum certum est; eum, qui est DEI filius, non posse esse DEVM, non posse esse DEV M, cuius filius est.* vtique non potest esse idem DEV S personaliter, tamquam alias a patre IOA. V, 32., attamen idem est DEV S essentialiter, seu eamdem numero essentiam diuinam, quae vna duntaxat est, cum patre habens, IOA. X. 30. alia ratione eamdem aciem instruxit IOANN. CRELLIVS f), qui, CHRISTVM non esse DEVM illum supremum, ostensurus, ad nomen filii DEI se recipit. *argumentum, inquit, ex eo peti potest, quod CHRISTVS tories literis DEI filius dicitur. filius enim DEI supremus ille DEV S esse non potest.* commemoratis aliis velut praetereundo, hoc tantum vrget, *quod ex hac appellatione Jequantur, patrem filio excellentiorem esse. DEO autem supremo nemo ultra ratione excellentior est &c.* scilicet imaginatur sibi filium DEI, qui patre sit posterior, initium sumserit, essentiam a patre diuersam, eamque ex mera benignitate adceperit. vniuersaliter falsum est, quod is maior sit ac excellentior, qui essentiam suam, & quidquid omnino habet, a se ipso habet, quam is, qui ab alio & essentiam habet, & omnia, quae essentiam confequantur, & fine illa haberri non possunt, verum est de eo, qui contin-

(A) 2

gen:

d) l. c. qu. 72. p. 79. sq.

e) de diuinitate IESV. CHRISTI, racou. 1608. P. I. C. XII. de nomine DEI, quod IESVS, CHRISTVS, in terris mortalis degens habuit.

f) de uno Deo patre, racou. 1631. L. I. SECT. II. C. II. p. 99. sq.



genter, & in tempore aliam essentiam adcepit, quam communicans habeat: falsum autem est de eo, cui necessario & ab aeterno eadem numero essentia communicatur, quam habet communicans g).

§. II.

CVM. SOCINIANIS in eodem luto haeret nouissimus ille blatero, IOANN. CHRISTIAN. EDELMANN, importuna tamen loquacitate palmam iis dubiam reddens. exagitat CHRISTI diuinitatem h), quae cum confessione nostra vnius DEI conciliari nequeat. explodit incarnationem, conceptionem, & nativitatem CHRISTI, velut absconam & incedibilem i). rationum loco vendit nugamenta, quibus inepta garrulitate speciem induere nititur. vrget I. CHRISTVM filium DEI propter excellentiam, seu praerogatiuam prae reliquis hominibus adpellari. iudeis solenne fuisse, vt DEI nomine excellentiam rei significauerint, idque ex S. codicis phrasibus quam plurimis cognosci k). Rf. rebus plurimis nomen

g) ita IOANN. HENR. BISTERFELDIVS, albensis quandam scholae professor, de uno DEO, patre, filio ac spiritu S. contra IO. CRELLIVM, amstel. 1659.. L. I. SECT. II. C. II. p. 109.

h) im Glaubens- Bekenuß p. 135 : wir bekennen ja alle in unsfern Glaubens- Bekenuß, es sey nur ein einiger Gott: Kan denn das aber bestehen, wenn wir diesen einzigen Gott einen Sohn zeugen lassen, der eben so ein Gott seyn soll, wie der, so ihn gezeuget hat?

i) l.c. Es kan ja nichts unglaublicher erdacht werden, als eine Mutter eines ewigen und ohne Anfang seyenden Gottes, ein Geschöpf, das dem Schöpfer das Leben gegeben habe, ein Theil, das das Gantze, ein Werck, das den Meister heruorgebracht haben sol, und dennoch wil man einander nötigen, dergleichen wiederfinnisch Zeug zu glauben. Öc.

k) l.c. p. 122.: ich glaube, dass ihn seine Jünger auch in dieser Abfiche (wegen seiner ausnehmenden Gaben und Tugenden p. 101.) einen Sohn Gottes genannt: aber damit nicht mehr, als seine Vortrefflichkeit vor andern Menschen zu erkennen geben wollen. Denn es war bey den Juden der Gebräuch, dass sie einer Sache, die

nomen DEI, cum ad eum respectum peculiarem dicunt, mirum non est addi; sed excellentiae causa id fieri, nullo vel veterum iudeorum testimonio, vel scripturae S. indicio perfici potest. recentiorum hoc est rabbinorum scitum, quos inter primus, quod noui, R. DAVID. KIMCHI I), qui exente saeculo XII. circa A. C. 1190 vel 1192 floruit, & a meritis grammaticam insignibus laudatur, dixit rem, quam vult (scriptura S.) magnificare, eam inngit DEO (h. e. nomini DEI). gratiam eum sequuti sunt reliqui iudei infideles, trinitatem abnegantes, IESVM nazarenum auferantes, messiam adhuc mundanum praestolantes, vt V. T. oracula, quibus vrgentur, facilius encuerunt, nonnullos iis philologos, eosque doctissimos adstipulatos esse, non sum necius; non autem eodem animo, aut procul circumscriptione. si quae rebus inest excellentia, quibus DEI nomen subiungitur, eodem secundario excellentia innui potest, non primario. neque vniuersalis est haec denominandi ratio, discriminis insuper plena et abusibus obnoxia, prout altero abhinc anno succinete docuit S. VENER. DOM. D. IOANN. CHRISTIAN. BVRGMANNVS FACVLTATIS. THEOLOGICAE in ipsa hac academia SENIOR longe grauissimus, atque hodie DECANVS longe spectabilissimus m). multo minus ad CHRISTVM. DEI filium, aut N. T. id transferre decet iudei, quoties CHRISTVS coram iis patrem suum tamquam filius testabatur, eum blasphemiae reum peragebant, quod DEVVM se fecerit, aut DEO se exaequauerit IOA. V. 18. X. 33. relatio ad patrem, vel ad generationem, quae saepius cum filii nomine coniungitur, v. g. MATT. III. 17. hic est filius meus dilectus; IOA. I. 18. unigenitus filius, qui in finu patris est.

(A) 3

ma

sie vor andern schätzbar acheten, den Nahmen Gottes beyzusetzen pflegten, wie solches aus vielfältigen Redensarten der Bibel zur Genüge erhebet.

I) vid. IOA. CHRISTOPH. WOLFIUS *bibliothec. hebreæ P. I.* n. 495. p. 299. sqq.

m) progr. b. D. AEPINI memoriae *FACVLTATIS. THEOLOGICAE* nomine 1750. dicati ingressu, p. IV.



manifesto docet, non de homine tantum excellentiore agi, sed de filio DEI veri nominis, seu cuius pater DEVS sit. 2. CHRISTVM se DEI filium numquam adpellasse, imo huius nominis publicatione daemones interdixisse n). Rf. a) de quonam igitur loquitur IOA. V. 19. seqq. nonne aperte se filium DEI professus est IOA. X. 36. et LVC. XXII. 70? nonne ea de caufsa vt morte mulctetur, iudeai sciscunt IOA. XIX. 7.? nonne mesfiam DAVIDIS tantum filium esse non posse, iudeeos docuit, et conuicit, MATT. XXII. 42. seqq.? nonne ipse pro filio DEI voluit adgnosci MATT. XVI. 15. seqq.? finge autem, CHRISTVM diuinitatem celasse, nec vñquam DEI filium se vocasse, quis mirabitur, cum forma DEI tum se exuisset PHIL. II. 6., nec gloriam suam ipse quaereret, aut testimonium sibi ipsi perhiberet, vel quaerere aut perhibere posset IOA. V. 31. VIII. 50.54. adcepit interim a patre honorem et gloriam 2 PET. I. 17., DEI filius declaratus et publica voce glorificatus MATT. III. 17. XVII. 5. IOA. XII. 28. adcepit ab eodem testimonium IOA. V. 32. obsignatus a patre IOA. VI. 27. ipse operibus IOA. X. 25. verbis et opere LVC. XXIV. 19. virtutibus, et miraculis et signis ACT. II. 22. coram iudeis ita se conspiciendum praebuit, vt viderent gloriam ipsius, gloriam sicut vñgeniti a patre IOA. I. 14; post autem in potentia se filium DEI demonstrauit in resurrectione mortuorum ROM. I. 4. Rf. b) quae de interdicto memorantur, spechtant procul dubio ad MARC. III. 11. 12., vbi spiritus immundos, quia exclamabant: tu es filius DEI, reprehendisse CHRISTVS legitur, ne ipsum manifestum facerent. indigni profecto diuinitatis CHRISTI praecones, ex propriis nil nisi mendacia loquentes IOA. VIII. 44., quos si admisisset filius DEI, dignitati plus derogasset, quam addidisset. accommodatius fuisse interdictum MATT. XVII. 9. coll. v. 5, nisi haec subiicerentur verba: nemini dicite visionem, usque dum filii.

n) l. c. p. 236.: Es ist gar zu sehr bedenklich, dass sich der Herr Iesu selber nicht allein nicht ein einzigmahl einen Sohn Gottes genennt, sondern auch den Geistern der Besessenen, die ihn solcher gestalte erheben wollen, dieserwegen ein Stilschweigen auferlegen.

filius hominis ex mortuis resurrexerit. quid tota haec argumentatio sibi velit, vix adparet. ipsa miracula, missionis diuinae documenta praecipua, fileri C H R I S T V S saepius iussit v.g. MATT. IX. 30: interminatus serio est illis (coecis sanatis) I E S V S , dicens: videte, ne quisquam cognoscat, quam incongrue vero exinde quis colligeret, CHRISTI miracula fuisse facta, non vera, quia alias ea publicari non vetiturus fuisse; tam inficte ex silentio diuinitatis imperato concluderetur, CHRISTVM re ipsa non fuisse DEI filium, quoniam alias ab origine sua coelesti diuulganda nullo mandato retinuissest daemones o). non perpetuo silentio haec premenda, sed mox euangelistarum atque apostolorum concionibus & scriptis per totum orbem publicanda erant IO A. XX. 31. 1 IOA. I. 3. V. 20. tandem adhuc foret blasphema EDELMANNI scurrilitas, quando vniuersam christianam doctrinam de CHRISTO filio DEI, agentibus mutuo sumtam, & a primis christianis ecclesiae illatam esse, scribere haud erubescit p). sed ista petulantia, quae ultimam prodit impietatem, non intra locum de C H R I S T O subsistit, verum per omnia religionis reuelatae sacra & mysteria gravissimum, ferociam hominis compressit, & futilitatem gerrarum luculentiter ostendit VENER. DOM. D. B A V M G A R T E N q).

§. II.

- o) digna est, quae hue conferatur VENER. DOM. D. HEV MANNI dissertatio, in qua illustrantur loca illa, quibus C H R I S T V S legitur vetuisse publicari suum aliquod miraculum 1747. praesertim p. II. qq.
- p) l. c. p. 122. 123.: *Aus dem Mirverstande dieser Iüdischen Redensare, ist nach der Hand, da die Menge der Heyden zum Christenthum traten, die bekannter massen gewohnt waren, alle ihre berühmten Männer zu vergöttern, auch der Wahn erwachsen, dem einigen und unwandelbaren Gotte, in der Person unsers Jesu, auf besondere Art einen Sohn anzudichten.*
- q) praeferit erudita, quam ARTHVR. IOVNGS historischen Untersuchung abgöttischer Verderbnisse der Religion von Anfang der Welt 1749. praeinit.

HIS, qui CHRISTI diuinitatem adoruntur, si vel maxime non consentiant, errori tamen grauissimo latibula aperiunt, & christianis simul arma, quibus hostes diuinitatis filii DEI debellari possint, eripiunt, qui nomine filii diuinam eius originem & naturam indicari negant, eique longe aliud imponunt significatum. HERM. ALEXANDER ROELL, professor tum franequeranus, deinceps traeiectinus, acriter defendit, *nomen filii DEI significare quidem naturae diuinae veram communionem, sed quatenus manifestanda & manifestata fuit per singularem illam oeconomiam, ob quam messias & rex israelis vocatur a).* idem deinceps repetit, & confirmare nititur, scilicet *vocem filius DEI in scriptura, in primis N. T. ubique significare personam Deotheos, quatenus constat diuina & humana natura, & in viraque fungitur officio mediatorio b).* hanc causam esse, credit, cur nomina messias, rex israelis, filius DEI, saepe alternum, tamquam *modus operis*, idem significantia. fluxit haec opinio ROELLII ex generatione filii DEI proprie dicta negata, eidemque partim suscepcta coexistenter filii DEI cum patre, partim addito modo, quo eiusdem diuinae naturae communionem manifestare voluit S. S. trinitas per admirandam illam personarum in operibus redēctionis humani generis oeconomiam. prope a ROELLIO abest IOA. LOCKIVS c), qui messiae & filii DEI nomina, credere in filium, & credere, IESVM esse verum messiam, synonymice interpretatur. in eo tamen a ROELLIO discedit, quod & diuinitatem CHRISTI aeternam insitietur, & totam religionem christianam in unum illum articulum vague & indeterminata.

a) *dissert. theol. de generatione filii, franequerae 1689. §. XLII. p. 43.*

b) *dissert. theol. altera de generatione filii, franequ. 1690. §. CXII. p. 133. §. CXIII. p. 137.*

c) vid. eius *le christianisme raisonné T. I. C. IV. fqq.* ita v.g. p. 32, edit. amstel. 1731, inquit: *il est clair, par cet endroit, que croire au Fils, c'etoit croire, que Jésus étoit le Messie.*

❀ ❀ ❀

minate adcepsum: I E S V M esse messiam, resolut. de re ipsa
disquirere nunc non vacat; quoad nomen autem 1. largior, in
sacris litteris C H R I S T O tribui nomina, quae oeconomiam gra-
tiae respiciunt, vt sunt nonnulla, quae I E S. IX. 6. leguntur;
his autem nomen filii D E I connumerari nequit, quia C H R I-
S T V S ab aeterno, &, priusquam in opere gratiae se manife-
stauit, fuit D E I filius, & secunda deitatis persona, sicut pater
prima, & spiritus S. tertia persona. 2. nomina filii D E I &
messiae sunt nomina eiusdem subiecti, eiusdem personae συνθέτης,
vnde qui credit in C H R I S T V M, credit etiam in filium D E I;
sed denominationis ratio non est eadem, quia filii nomen est
nomen personae, etiam αὐτός, & diuinam illius originem in-
nuit; sed C H R I S T I seu messiae nomen est officiale, quod vni-
onem factam supponit. 3. permutari nonnumquam haec no-
mina in scriptura, quoniam idem, qui P. S. II. 2. messias adpellatur,
v. 7. filius D E I vocatur d), sed inde minime argui pot-
est, ex mediatorio C H R I S T I officio petendam esse rationem,
cur secunda persona vocetur filius D E I. id tantum inde col-
ligi potest, quod messias debuerit esse & demonstrari filius
D E I; non vero illud, quod ideo D E I filius vocandus erat,
quod sit messias sive redemptor generis humani, causa cecidi-
mus, si hostibus diuinitatis istud dederimus.

S. IV.

QVANDO. C H R I S T V S secundum diuinam naturam
consideratur, filius D E I vocatur emphatice, tam respectu ge-
nerationis aeternae, quam respectu dilectionis singularissimae.
dicitur enim ὁ νήσ της ἀγάπης αὐτῷ C O L . I . 13., seu vt vox
patris coelestis ad iordanem declarat: ὁ νήσ με αγαπᾷς, εὐ
ώ εὐδόκησα M A T T . III . 17. quod C H R I S T V S ipse confirmat:
pater, inquit, amat filium I O A . V . 20. adpellatur autem D E I fi-
lius ratione generationis formaliter, quippe quae filiationem
essentialiter constituit; ratione dilectionis consecutive, quia

(B)

amor

d) comp. C A M P E G . V I T R I N G A epilogo disput. de generatione
filii, franequ. 1689. S. XXVII, XXVIII. p. 41. sqq.

amor patris cum generatione necessario cohaeret, et ex illa fluit. non enim amor et dilectio DEI erga CHRISTVM causa est τῆς οἰωνῆς, vt SOCINIANI nonnulli autumant, quando quidem vice versa ipsa οἰωνῆ causa potius est amoris. ideo enim diligit pater CHRISTVM, quod fit filius proprius et unigenitus: non vero ideo CHRISTVS est filius unigenitus et proprius, quod pater ipsum diligit a). generatio maxime in disceptationem venit. SOCINIANI, qui praeter humanam naturam, in tempore producunt, non aliam CHRISTO relinquent, omni eamdem impetu adoruntur, quandoquidem, generatione CHRISTI aeterna suos errores funditus euerti, intelligunt. vocant eam *profusa impossibilem* b), immemores vocis nostri salvatoris: *apud homines hoc impossibile est, sed apud DEVIM omnia possibilia sunt* MATT. XIX. 26. ZACH. VIII. 6. debebant ostendere contradictionem, quea ad absolutam requiritur impossibilitatem; sed vanam hanc interferunt rationem: *denn das Wesen Gottes, sitemahl es numero unum, ein in der Zahl ist, kann keinesweges vielen gemein seyn.* vndenam cognoverunt, essentiam numericam vel individuam esse incommunicabilem? sane non nisi ex entium finitorum inductione. quanta vero haec est temeritas revelationi supernaturali, experientiam et inductionem humanam opponere? non immerito responderunt THEOLOGI. WITTEBERGENSES c): *die philosophische Regel, dass ein Wesen ihrer vielen nicht könne gemein seyn, hat alhier nicht stat.* Denn solches gilt allein in *naturlichen Dingen etc.* impudentior est IOANN. CRELLIVS d), qui dogma de aeterna filii DEI ex essent-

a) vid. D. CALOVIVS *socinismo profligato*, SECT. IV. art. II. controu. VI. p. 204. n. VI.

b) *catech. racou, minore ex idiomate polonico in germanium traducto et 1612. excuso, p. 65. 66: Die Geburt aus Gottes Wesen ist ganz und gar unmöglich.*

c) *in der Wiederlegung des deutschen Arianischen Catechismi, p. 136.*

d) *de uno DEO patre L. II. SECT. II. C. I. p. 541. acutre ei respondit IOANN. HENR. BISTERFELDIVS, de uno DEO patre, filio ac spiritu S. p. 544. sqq.*

essentia patris generatione pluribus contradictionibus et absurdis foecundum esse, contendit. ne vero inaniter loquax videatur, quatuor producit absurdia. primum, ait, *inde sequitur*, *filium esse sui ipsius filium ac patrem.* num etiam triticum gignit se ipsum, prodiens ex semine tritico, quod tritici ingreditur essentiam? generatio efficienter spectata, ad generantem, non essentiam, ex qua fit reuocanda est. filium generat pater, qui alias est ab ipso *IOA. V. 32*; quare filius sui ipsius pater esse nequit. essentia quidem diuina omnibus tribus personis est communis; generatio autem fit ex essentia, non quatenus communis est, sed quatenus hypostasi patris est notata, seu ex essentia, non qua filii, sed qua patris est. *secundum eius argumentum est, quia infiniti forent filii, ut et spiritus sancti e. addit: quid enim? an, quod pater potuit, filius non potest, ac spiritus sanctus?* num filii generacionem ratiocinando consequimur, aut ex potentia patris colligimus? vnum credimus filium, vnum spiritum sanctum, quia scriptura vnum nobis manifestauit; non plures, de quibus sacer codex filet. *tertium, quia filius DEI ab aeterno fuisset, et non fuisset f.*, siquidem generatio proprie dicta sit mutatio ex non-ente in ens. gratis adsumitur, tamquam veritas generalis, quae non nisi in generationem naturalem et contingentem quadrat; neutiquam in supernaturalem et necessariam, quae ex infinita SVMMI NVMINIS perfectione non potest non sequi. *quartum g.*, quia filius DEI adhuc generaretur et in omnem aeternitatem generandus esset. atque hoc facile largior, nec falua immutabili diuina perfectione, magis diffiteri possum, quam quod DEVS, qui ab aeterno perfectissime vixit, adhuc viuat, et aeternum victurus sit. remouenda autem est imperfectio, quam voces inferant, nec cogitari debet de generatione imperfecta et successiva, quae olim inchoata tantum, propterea semper continuanda, et non nisi per aeternitates absoluenda sit. sequamur, intempestiuam curiositate reiecta, scripturam, et dicta, quibus filii DEI generationem planissime nobis reuelauit SPIRITVS. S., et si eamdem perscrutari nobis datum non sit.

e) l. c. C. II. p. 547. 548.

f) l. c. C. III. p. 550.

g) l. c.

(B) 2

S. V.



§. V.

PERTINET hoc potissimum oraculum, quod a RACOVIENSIBVS a) turpissime deprauatur, P.S. II. 7: IEHOVAH dicit ad me: filius meus tu: ego hodie genui te. psalmus agit de MESSIA, non mystico demum sensu, siquidem in DAVIDEM nulla ratione quadrant, quae hic leguntur b); sed litterali, quod allegationes in N. T. factae confirmant. cum autem MESSIAS non nudus homo, sed DEVS simul esse debuerit, persona TRINITATIS, quae partes mediaitorias in se suscepit, adpellatur, eiusque diuinitas designatur, vt ratio exinde patet, cur ea rex ZIONIS inungi vel constitui, et regno totius ecclesiae praefici possit: sicut etiam PAVLVS, oraculo hoc excitato, veritatem facerdotii eius summi docet HEBR. V. 5. *hodie illud*, quod adiungitur, tantum abest, vt generationis aeternitatem euertat, vt illam potius roboret. equidem, si de hominibus istud praedicitur, non nisi de tempore certo adcipi potest, sed usurpatum de DEO, qui ab aeterno in aeternum est, cuius in oculis mille anni sunt, sicut dies hesternus, cum transiit, et sicut custodia in nocte PS. XC. 2. 4., qui idem est PS. Cll. 28., apud quem non est transmutatio, aut conuerstio vmbra IAC. I. 17., aut quando usurpatum, vti hoc loco, de aetibus et diuinis decretis, quae aeterna sunt, nec demum in tempore peraguntur vel formantur, haud aliam, quam infinitam durationem non potest non indigitare. quid admodum est aeternitati, successionis nefiae, quam imbecillus hominum captus, periodis adfuetus, consequi nequit, nobis repraesentandae, quam illud *hodie?* est namque aeternitas perenne hodie, semper praesens, numquam praeteritum aut futurum, ne quidem inter homines die

a) cateches. maior. f. latina. p. 153. sqq.

b) conf. D. FECHTIVS, vel potius GRAPIVS diff. de generatione MESSIAE aeterna P.S. II. 7. consignata, SECT. II. §. III. sqq. p. 9. sqq.

c) D. IOANN. GEORG. DORSCHEVS diff. de aeterna &c generatione §. 55, pentadecad. p. 104.

die semper vniuersa illud terminatur, sed diuturnum haud raro et perpetuum inuoluit tempus , GEN. XXII. 14. XXXI. 48. DEUT. IV. 39, PS. XCV. 7. coll. HEBR. III. 13. c) repugnare videtur D. SEB. SCHMIDIVS, inquiens d) : *in scriptura neque hodie, neque dies, neque hic dies, aut simile quid aeternitatem norat;* sed consentit quoad tem, et si aliam vocem istam interpretandi viam ingrediatur, et id hodie referat mox definite ad certum tempus atque diem, mox absolute ad diem primum, seu tempus, quo dies esse coeperunt, h. e. aeternitatem IES. XLIII. 13, alia ratione difficultatem expedit, qui *hodie* pro nota vniuersalitatis adcipiunt, conuertentes: *quouis die, quotidie, quoniam iuxta idiotismum in lingua hebreorum visitatissimum in sub forma articuli praefixum saepissime distributiuue sumitur, et vniuersalitatem indicat e).* quamcumque praeferas declarationem, operam perdunt, qui *hodie* illud ad finitam durationem, et reliquias huius commatis voces, variis modis deprauatas, ad CHRISTVM hominem rapiunt, allegationes quasdam N. T. plerumque praetexentes. qui superiori saeculo mysterium S. S. TRINITATIS ex V. T. inuicte demonstari, et aduersus dissentientes defendi posse, negarunt, nonnumquam circa hoc quoque oraculum difficultates nexuerunt, saepius a theologis superatas; rem ipsam vero in dubium haud vocarunt, neque de generatione filii DEI aeterna dictum hoc exponere recusarunt. haud ita pridem VENER. LAURENT. REINHARD, tum gymnasii vinariensis CON-RECTOR, a recepta explicatione nonnihil deflexit, non aetum generationis aeternum, sed eius in N. T. factam demonstrationem publicam designari ratus f) : *Dic bestie Veberzeugung dieser Worte ist außer Streit folgen-*

(B) 3

d) *commentar. in epist. ad hebreos, p. 65.*e) vid. IOA. CASP. GVNTHER *diff. inaug. de I. C. filii DEI coetera cum patre existentia*, praef. D. DANZIO 1726. ventilata, §. X. p. 22. seqq. et ipse D. DANZIVS de *inauguratione CHRISTI ad docendum haud obscuriore MOSAICA* §. 29. not. n. p. 119. seqq. ed. 1717.f) *decimar. exegeticar. P. I. 1736. excusa obs. 3. p. 14 seqq.*



folgende: Zu eben derselbigen Zeit wil ich offenbahr beweisen, dass ich
 dich von Ewigkeit gezeugt habe. optimam pauci arbitrabuntur
 versionem, quae textui vim infert, hodie in idem tempus (li-
 cet nulla temporis mentio antegressa sit); generationem in
 eius manifestationem; actum praeteritum (aeternum) in fu-
 turum conuerit, prouocat vir doctissimus ad scopum et ar-
 gumentum huius psalmi; ad linguae hebraicae indolem; ad
 vaticiniorum conditionem; ad ACT. XIII. 33; sed tanta
 velocitate cursum perstringit, vt ratiociniorum acies, si quae est,
 studiose occultata videatur, saltē plerumque conspicua non
 sit, haud inuitus largior, DEVM in N. T. luculenter decla-
 rasse, MESSIAM esse filium DEI, filium a se genitum; hoc au-
 tem commate generationis declarationem, non ipsam genera-
 tionem insinuari, aegre mihi persuadeo, praeter necessitatem,
 qui ita sentiunt g), a proprio significatu verbi יְהִי resilunt,
 et praeteritum mutant in futurum. id autem vix fieri potest,
 quia verbis: *te genui*, describitur, non decretum aeternum in
 tempore exequendum, sed actus, intra DEVM aeternus, qui de-
 creti aeterni olim implendi rationem continet. quantum ad ACT.
 XIII. 33, ibi adlegantur verba psalmi nostri eodem sensu, quo
 ab omnibus theologis capiuntur, scilicet vt probetur, MESSI-
 AM esse filium DEI, de quo DAVID. PS. II. vaticinatus est;
 manifestatio autem per resurrectionem ex mortuis factam v. 34.
 aliunde docetur. plures neruos intendit IOANNES. FRIEDE-
 RICVS. STIEBRITZ, philos. profes. halensis clarissimus, vt
 nouum possibilem, quem mente sibi repraesentauit sensum,
 redderet speciosum, maximi momenti oraculum diuinum forte
 non adgressurus, quodsi, non hermeneuticæ solum philo-
 phicæ, verum etiam analogiae scripturæ S. et doctrinæ theo-
 logicæ cognitionem penitorem, credidisset, tam arduum in-
 stitutum sibi deposcere. summa nouae interpretationis hue
 redit: sermonem hic non esse de generatione filii DEI aeterna,
 sed

g) plurimum studii hic contulit M. LEONH. HOFMAN-
 NVS explanatione h, c, coll. ACT, XIII, 33, IENAE 1731.

sed productionem humanae CHRISTI naturae per SPIRITVM S. praedici h). hunc esse IEHOVAM, qui hominem adloquatur, cumque velut filium in star patris se producturum esse, pollicetur. paucis post mensibus VENER. DOM. D. BOERNERO-RVS, theologus lipsiensis senior, paradoxam istam sententiam excusit, tam de eius vito, quam periculo admonens i). mox autem STIEBRITZIVS cauillam dixit, D. BOERNERO prolife, nec sine cauillis, respondens k). potissimum argumentum, quo se tuetur, ab antecedentium et consequentium nexu de-
promtum est, quandoquidem enim hic filium DEI secundum humanitatem sifstat, manifestum esse, hoc ipsum quoque comma de eodem iuxta humanam naturam considerato explicandum esse. collectionem firmat principio quodam, quod veritatem hermeneuticam indubiam vocat: *wenn theils das vorhergehende, theils das nachfolgende von der menschlichen Natur des Messiae handelt; und doch keine Meldung einer gemachten Veränderung des Subiects geschehen ist: so folget, dass auch unser Text des Vers. 7. von eben der menschlichen Natur müsse angenommen werden.*

Nun

-
- b) P. I. gründlicher, mehrtheils neuer, Schrift-Erklärungen,
1743. p. 1-24.
i) programm, natalitio CIOCCXLIII. lipsiæ publicato,
k) P. II. der Schrift-Erklärungen, 1744. impressa, p. 89-133,
rurus STIEBRITZIO contradixit DOM. M. CHRIST.
GOTTLOB. FRIEDR. WOLFF scripto vernaculo s. t.
kurze Erklärung des Psalm II. v. 7. LIPS. 1745. vid. p.
25. 27. 47. adcesserunt A. CIOCCLI. viri SVMME. VE-
NER. IOA. HENR. PRATIE, duc. brem. et verd. super-
intendens generalis in der bescheidenen Prüfung einer neuen
Erklärung ueber PS. II. v. 7. que inserta est Beytrag II.
der Bremischen und Verdischen Heboper, n. VIII., et D.
IOACH. EHRENFRIED. PFEIFFER, prof. theol. et su-
perintendens erlangensis pragr. natalitio, cuius summam ex-
hibent Erlang. Gel. Anmerk. und Nachrichten, 1752.
n. I. p. 7. 8.



Nun aber ist das erste wahr, also auch das andere 1). quantum interpreti adminiculum subministret contextus, nemini ignotum est. opus tamen habet limitationibus ista regula, non enim diffitebitur philosophus ullus, posse antecedentia & consequentia de subiecto quodam loqui, de quo non loquuntur, quae explicationis, aut illustrationis, aut probationis causa intermissa sunt, quid impedit, quin de immortalitate hominis ratione corporis in statu integratis, vel inde a resurrectione nonnulla adspergere queat, qui de immortalitate hominis respectu animae antea differuerat, &c, absoluta mentione corporis, de anima differere perget. dissimulauit id inter disputandum vir celeberrimus, licet non nesciuerit, &, restrictione subiecta, significauerit: und doch keine Meldung einer gemachten Veränderung des Subiects geschehen ist m). multo minus interpres sacri regulam istam alioquin laudatissimam procul circumscriptione suscepereint. sermones prophetici, ad quos hic psalmus utique referendus est, suos habent excursus digressiones, diezödze, de quibus theologia prophetica præcipit, n). quando in textibus sacris, qui de filio DEI agunt, vt hic psalmus, personae deitatis vt loquentes introducuntur & permuntantur, quid pronius est, quam vt mox de diuina eius natura, mox de humana, mox iterum de diuina, mox de vtraque, & viceversa, tractetur, quia diuersa personarum relatio ad intra, diuersus agendi modus ad extra, diuersitas economia, diuersum postulant orationis habitum, diuersum subiectum, ex praedicatis & reliquis circumstantiis, maxime significatu vocabulorum obvio, dijudicandum. nolo, quæcumque modo commemoraui, huc speciatim referri; dictis tamen id obti-

- 1) P. I. p. 4. m) P. II. p. 91. omisso vocabulo: *Meldung*, rectius haec ita efferuntur: und kein Grund anzugeben ist, woraus man auf die Veränderung des Subiects im 7ten Vers schlüßen könnte. quis enim mentione semper opus esse, dicat?
 n) vid. CAMPEG. VITRINGA typo doctrinae propheticae, P. III. C. II. CANON. IX. p. m. 182.

obtineri posse, confido, vni contextui totam exegesin sacram
 adligandam non esse, in praesens etiam non disquiram, de qua-
 nam natura comma antecedens & sequentia exponant, quod
 ab instituti breuitate abludit, & a viris doctissimis abunde per-
 uestigatum est. apud nos in confessio est, D A V I D E M per
 totum psalmum de solo M E S S I A, qui v. 2. diserte nominatur,
 hoc est, de persona composita, non simplici vaticinari.
 subiectum igitur compositum retinendum est, quamdiu pra-
 dicta illud ad alterutram naturam non restringunt, & ex ius-
 dem arbitrandum est, num ad eam semper; an aliquando?
 num tantum ad humanam & diuinam, an mox ad hanc, mox
 ad illam dirigatur oratio? quo ergo iure VENER. D O M.
 D. BOERNER O regeri poterat: *ich bekenne, im andern Psalm
 werde vom Messia gehandelt; aber das ist noch zu allgemein o).* num
 repugnat, vt de utraque natura praedicentur? nullam admittit
 $\delta\epsilon\alpha\eta\beta\omega\pi\sigma$; praedicata, utriusque naturae communia? quo sum
 ergo spectant nomina officia: sacerdos, propheta, rex?
 quo sum $\delta\pi\tau\epsilon\lambda\epsilon\sigma\mu\delta\alpha$: redimere, dissoluere opera diaboli,
 pascere, regnare? at ponam, comma 6. & commata 8. sq. ad
 solam humanam, non utramque naturam se referre. num ideo
 comma 7. ad diuinam vel utramque naturam referre haud li-
 cit? fieri id posse, perficiam, ex concessis disputans. incipit
 hic M E S S I A S (alius ab eo, qui v. 6. locutus erat) enarrare
 statutum vel decretum deitatis siue a patre, siue a spiritu S.
 secum communicatum. quodnam vero iustud est? procul du-
 bio non aliud, quam quod respondet versui 6., h. e. *postula a
 me &c. v. 8. seq.* quomodo autem cum his coheraret v. 7? nonne
 rationem statuti reddit? quis intelligat, quo pacto MESSIAE
 vt homini dominium vniuersale & illimitatum dispensari queat,
 quod solius est DEI? recte id fieri posse, ostenditur, quia
 M E S S I A S fit filius DEI, imo a D E O genitus. res ipsa
 propositionem caussalem monstrat, & melioris connexionis
 gratia suppleri potest v , quod vel quia p). quod si filium
 (C) DEI

o) P, II. p. 92.

p) D. GEIERVS in *psalmos ad b. l.* p. 26



DEI secundum diuinam aut utramque naturam q) intelligas, quid decedet v. 6. & 8., qui ex hypothesi de humana natura capiendi sunt: quid illius esse potest, quam si dicas: quia tu, o MESSIA! es filius meus iuxta diuinam & humanam naturam, quia te genui secundum diuinam naturam, adcipe regnum tibi destinatum oeconomice. quam tenuis autem, quam exilis, quam elumbis, non dicam SOCINIANIS grata, erit connexio haec: tu es filius meus, quem ut hominem miraculose produxi; itaque dominus eris vniuersalis, rex ZIONIS. quis nexus inter productionem istam & imperium illimitatum? num etiam A DAMVS integer, qui immediate a D E O creatus fuit, eiusmodi fibi vindicare potuit imperium? sed ipsa verba textus, sive v. 7., nos deducunt ad filium DEI patris eiusdem cum eodem essentiae. nulla alia persona diuina generat, praeter patrem, aut generatur praeter filium, ut oppositio patris & filii relativa docet, quae constanti scripturee sensu inculcatur; multo minus finita creatura filii DEI ab aeterno generati, filii DEI supra angelos omnes hoc nomine HEBR. I. v. 5. longe execti & producti, sustinere potest appellationem. nulla alia datur in diuinis generatio, quam quae eiusdem numero essentiae communicatione peragitur. huic notio니 biblicalae insistendum est, nec ab ea vel descriptio quaedam philosophica, vel adcepitio quaedam impropria, ab hoc argumento aliena, retrahet quemquam.

§. VI.

TRIBVS adhuc vindicabo duo reliqua V. T. dicta, quae a SOCINIANIS sollicitantur. PROV. VIII. 22 fqq. de se ipsa loqui-

q) genina et diuersa propositio, quae atnacho distinguitur, hic occurrit. prior: *tu es filius meus*, praeente PAVLO HEBR. I. 5., et contentiente SEB. SCHMIDIO ad h. l. ad utramque naturam referri potest; posterior autem: *ego hodie te genui*, ad solam spectat diuinam naturam; ita ramen, ut rationem ultimam complectatur, cur filius hominis DEI sit filius eminentiori sensu, de his vero iam disputare non vacat.

loquitur sapientia hypostatica, quae est apud IEHOVAM v. 30, seu ei, vt persona personae, vicina; non essentialis, testibus actionibus personalibus per totum caput commemoratis, ne commatibus quidem 15. & 16. exceptis APOC. I. 5. posedit eam IEHOVAH principium viae suae v. 22, h. e. generando posedit. licet enim קְבָרַת verbum sit generalius, quod acquisitionem quamcumque, non praecise generationem innuit a), de generatione tamen, seu acquisitione quoque per generationem adhibetur GEN. IV. 1., & hoc loco explicandum est, vt respondeat verbo בְּרֵבָה v. 24. 25. quorsum etiam respexerunt procul dubio CHALDAEVS & ALEXANDRINI, quorum ille verbo נִרְבָּה, hi κατέβην utuntur, vt professionem cum producione coniunctam insinuent; non sensu ARIANORVM, quem merito PATRES exploserunt b). ab aeterno effusa est vel emanauit sapientia hypostatica, seu a saeculo v. 23, hoc est, ante res creatas, quas non alia duratio antegressa est, quam aeternitas. aperte MICH. V. 1. nativitas MESSIAE temporalis bethlehemi administrastra distinguitur ab aeterna, quando dominator in ISRAELE describitur his verbis: *cuius egressiones sunt ab antiquo, & a diebus aeternitatis.* generale pariter est verbum נִרְבָּה, vt hoc ipsum comma testatur; sed idem adhibetur de egressione per generationem GEN. XLVI. 26., de prouento agri DEVT. XIV. 22., & de natis IES. XLIV. 3. nulla hic mentio fit initii, vt RACOVIENSES venditant, sed tam נִרְבָּה DEO aeterno tribuitur DEVT. XXXIII. 27., & aeternitatem innuit, PS. LXXVIII. 2. coll. MATT. XIII. 35, quam נִרְבָּה PS. CXLV. 13. vt taceam, praefixum וְ saepe per: *ante*, exponi debere, & hoc loco exponi posse, vt significetur, egressiones CHRISTI fuisse ante rerum omnium principium, ante dies saeculi seu mundi c). his V. T. oraculis comparanda sunt dicta

(C) 2

N.T.

a) GVSSETIVS commentar. L. ebraicae p. 1417.

b) vid. D. CALOVIVS sifst. T. III. p. 544. sqq.

c) conf. noster quondam IOANN. TARNOVIVS comment. in prophetas minores ad h. l. p. 986 sq.

N. T., quibus CHRISTVS salutatur filius DEI *idem* ROM. VIII. 32, cuius pater *idem* est DEVS. IOA. V. 18, *αληθινός* i IOA. V. 20, *μενογενής* IOA.I. 14. 18. III. 16. 18. i IOA.IV. 9., vt distinguatur ab omnibus aliis filiis DEI creatis, *πρωτόκος πάτησθεντεως*, primogenitus ante omnem creationem COL. I. 15. HEBR. I. 6., vt aeternitas eius adseratur. quibus inuicem collatis, quis dubitauerit, CHRISTVM esse filium DEI verum, proprieque dictum, eiusque generationem veri nominis proprieque talem?

§. VII.

QVA igitur specie negari potest, a nomine filii DEI, eiusque generatione, aeterna, evidens & irrefragabile argumentum duci posse, quo summa eius deitas probetur. contradixerunt tamen iam olim LEIDENSIVM censura REMONSTRANTES a), & diserte PHIL. LIMBORCHIVS scribit, hanc appellationem solam ad hoc euincendum non esse sufficiemt b). non habent, quod praetexant, nisi quod filii DEI appellatio, CHRISTO etiam secundum humanam naturam in sacris litteris saepius attributa sit, varioque respectu. haecce autem filiationo humana diuinitatem eius validissime stabilit, si ratio ex scriptura & vnione personali deducatur? nonne filius MARIAE filius DEI vocatur, quia communicata ei est *τὸ λόγος* hypostasis, essentia et filatio diuina? quomodo id fieri potuisset, nisi ante et ab aeterno praeexistisset aliquis DEI filius? sed varii illi respectus, quos memorant, tam manifestam N. T. detorsionem, quam

a) vid. *apologia remonstrantium pro confessione contra censuram professor. leidensum, 1630. p. 48. b.*

b) *theolog. christ. L. II. C. XVII. §. VII. et X. p. 98. 99. edir. amstel. 1735. quid? quod LIMBORCHII successor ADRIAN. a CATTENBURGH spicileg. theolog. christ. amstel. 1732. impreso L. II. C. XVII. SECT. I. p. 186. Iaq. inter argumenta pro diuinitate filii DEI in certas classes de scripta, nec filiationem, nec generationem eiusdem refert,*



quam collusionem cum SOCINIANIS produnt e), vt mox estensurus sum. nunc exceptionibus tantum SOCINIANORVM occurram, qui ipsam generationem CHRISTI, aeternam oppugnant, eaque diuinitatem illius firmari non posse, adfirmant I. quia tum generatio filii DEI eadem ratione fieri debet, ac hominum, ac brutorum d). Rf. eadem est ratio vtriusque generationis quoad *essentialia*, quae generationis formalem rationem ingrediuntur, scilicet vt sit productio sui similis et communicatio *essentialiae*, quibus, si intelligentia fint, paternitatis et filiationis adcedit relatio. vt autem in *accidentalibus* conueniant, nec opus est, quia *essentialia* rem denominant, nec fieri potest, quoniam inter finita et infinitum infinita intercedit distantia. II. quia generatio sit mutatio ex non - ente in ens, generantis et generati diuerositatem substantialem, generantis prioritatem, generati posterioritatem inuoluat, fiat ab hominibus mortalibus ad speciei conseruationem, etc. e). Rf. ne quidem de finita generatione haec omnia vera sunt. eanon est mutatio a non esse ad esse, quia non est creatio; sed fit ratione corporum ex materia praecexistente. hodie generatio quidem fit a mortalibus et ad speciei conseruationem; sed ADAMVS integer non fuit mortalis, vt SOCINIANI opinantur, adeoque generare debuit ad multiplicationem quidem speciei, non ad eius conseruationem, quae post lapsum demum intenditur. finge autem, ista omnia recte se habere, non insunt tamen illa generationi *essentialiter*, verum per accidens tantum et ex inde subiecti finiti, quo-

(C) 3

modo

c) comp. D. ZELTNERVS breuiar. controv. cum remonstrantibus, controv. X. p. 79, sqq.

d) OSTORODVS in der Vnterrichtung von den vornemsten Hauptpunkten der christlichen religion, RACOVII, 1612. C. VII. p. 50: wo der Trinitatorum ratio recht und gut ist, müsse Gott auf solch eine Weise seinen Sohn gezeugt haben, wie die Menschen, und alle andere Thiere zu zeugen pflegen.

e) OSTORQDV S. c. p. 51. CRELLIVS de uno DEO patre L. II. SECT. II. C. III. p. 551, sq.

modo ergo ad generationem diuinam, quae ab infinito NV-MINE proficiscitur, et ad filium eiusdem numero essentiae infinitae terminatur, transferri potest? III: quia nostra generationis descriptio sit inconstans, arbitraria, ficta, quae pro lubitu generationem naturalem mox vrgeat, mox repudiet f). Rf. non componimus generationem naturalem (si finitam denotet) cum diuina; sed essentiale tantum vtriusque convenientiam adfirmamus, vt veri nominis generatio retineatur, et quae scripturae vsui, cui omnis descriptio theologica conformari debet, respondeat. remouendae autem sunt omnes imperfectiones, quae DEI essentiae et attributis, nec non personarum trinitati repugnant. SOCINIANORVM telis pugnat HERM. ALEX. ROELLIVS, qui de generatione filii DEI tam diuturnas acresque sequit et propagavit lites, negans, eam esse proprie dictam, et consistere in essentiae diuinae numero eiusdem communicatione; adfirmans contra, improposito huins vocis significatu primario coexistentiam filii cum patre, secundario eiusdem manifestationem ad extra significari g). Iudit potissimum, vt facilius elabatur, consensum eliciat, et totam disceptationem in logomachiam redigat, distinctione inter generationem proprie et improprie dictam. summa huc reddit, voces: filii et generationis, ex vsu inter homines desumptas esse, quo significant id, quod in diuina persona signi-

f) CRELLIVS *I. c. p. 551:* itane vero tibi licebit, ubi libet, generationis naturalis rationem ac similitudinem urgere; ubi iterum libebit, repudiare.

g) historiam publicae contentionis secundum annorum seriem persequuntur lugdunenses theologi *iudicio ecclesiastico 1723.* excuso, C. I. p. 1-24., et vna C. III. p. 65. sqq. ipsam controveriam executuant, comp. D. GRAPIVS sif. nouiss. controv. s. theol. rec. controv. T. I. C. II. QV. XVIII. p. 146. sqq. et VENER. D. WALCHIVS in der Einleitung in die Rel. Streitigkeiten außer der Eu. Luth. Kirchen P. III. C. IV. SECT. II. S. 39. p. 866. sqq.

significare nequeant: quapropter illas, quando de diuina persona usurpatur, improprie sumendas esse h). respondit ei VITRINGA i), se negare, voeis istas improprie sumi, nolle autem de vocibus disputare, dummodo vere analogum adgnoscatur, et res ipsa maneat. nec aliter theologi lugdunenses k), qui simul exigunt, ut solide probetur, solam humanam generationem vocari posse et debere proprie dictam. distinctione ROELLIANA inter propriam et impropriam generationem ad fucum faciendum est comparata, vt impropria significatione sibi data, ROELLIVS hypotheses nouas eo licentiosius spargat. largiamur, generationis vocem esse ex vulgari vsu de promtam (cum tamen dentur voces sacrae, quarum notio ex scriptura sola eruenda est) et impropriam, analogam ac metaphoricam esse, nonne ista, vt recte intelligatur, ad significationem propriam erit reuocanda, eamque, quae non omnem generationis conceptum abiiciat? sed quid obstat, quo minus haec vox simpliciter spectetur, facta abstractione a finita et infinita generatione, sensu generaliori et essentiali, propria vocetur, vt v. g. DEI sapientia, potentia, quo scripturae phrasitatisfat, et generatio filii ab adoptione distinguatur, et SOCI-
NIANORVM fragmentis obuiam eatur. de re agi, non voce sola, quis non videt? de re non exigui, sed maximi momenti, si a D. HENR. von BASHVYSEN I), theologo reformato feruestanio, et REMONSTRANTIBVS m) discedas, fide enim diu-

na

h) *thesibus*, quas VITRINGAE opposuit, et deinceps *diff. de generatione filii DEI* iterum prachxit n. 13-18. p. 4.

i) *disp. theol.* *thesibus ante memoratis oppolita*, p. 12. 13.

k) l. c. p. 83. 1) exstat eius seu theologi saxonici *dissert. de FAC. THEOL. ZETDENSIS syllogismo falso* 1724. impressa, totaque inserta *der auserlesenen Theol. Biblioth.* P. XI, p. 105 1. *sqq.*

m) vid. ZELTNERVS *breviar. controu. cum remonstr. controu. XIII.* p. 98. *sqq.* LIMBORCHIVM, qui *theol. christ. Z. V. C. IX.* p. 412, n. IV. *sq.* id adstruxerat, confutandum sibi sumisit D.



na credendum est , CHRISTVM secundum diuinam naturam esse filium DEI proprie dictum per generationem proprie dictam IOA. III. 16. 18. n).

S. VIII.

IDEM. CHRISTVS, qui secundum diuinam naturam vi generationis aeternae DEI filius est atque dicitur , secundum humanam non minus naturam est et vocatur DEI filius, secundum quam enim naturam CHRISTVS conceptus et natus est, secundum illam dicitur filius DEI. quod nascitur ex te sanctum, vocabitur filius DEI. LVC. I. 35. potest hoc dupliciter intelligi, vel simpliciter: num CHRISTVS secundum humanam naturam sit DEI filius? vel cum addito: num sit filius DEI naturalis? prior mouetur a scholasticis, qui queuis disceptant possibilia. hi enim querunt, vtrum CHRISTVS, secundum quod homo, dici possit DEI filius? et respondent, rō secundum esse πολύτημα. si denotet habitudinem causae , seu rationem formae, negant: si vero adcipiatur vt expressuum vnitatis personae, siue vt importans indiuisionem concomitantiae, adfiramant. nihil enim aliud hac propositione sic intellecta denotari, quam quod esse DEVVM vel DEI filium competat personae CHRISTI lexistenti in humana natura, quae cum natura diuina in vna persona ita vniata est, vt se inseparabiliter concordem.

CHRISTOPH. FRANCKIVS, theologus quondam kiloniensis, exercit. anti - limborchianarum EXERCIT. II. C. VIII. p. 156. sqq. at LIMBORCHII iterum cauillam egit aduersus FRANCKIVM, CATTENBVRGH spicileg. theol. chrisit. L. IV. C. VII. p. 502 sqq.

n) omisi EDELMANNVM, quia tantum cauillatur, et nullas rationes producit. Im Glaubens-Bekentniß p. 136: Gott hat im eigentlichen Verstande weder einen, noch viele Söhne. In der vernünftigen lautern Milch, p. 30: Man kan eben so wenig im eigentlichen Verstande sagen, daß Gott einen, als daß er viele Söhne habe.

mitentur a). praeluxit LOMBARDVS b), docens, CHRISTVM, secundum quod homo, esse filium DEI, si secundum vnitatis personae sit expressiuum, vt sit sensus: ipse, qui est homo, est DEI filius. nil aliud sibi volunt theologi, quando CHRISTVM secundum humanam naturam DEI filium adpellant. particula secundum ipsis non est indicatiua caussae, aut determinatiua naturae, quae, vt in primo genere communicationis idiomatum ad eam naturam, cui formaliter competit, restringit praedictum; sed specificatiua, quae ostendit subiectum, de quo praedicatum enuntietur. nam CHRISTVS secundum humanam naturam est filius DEI, non ex se, et humanitatis indole, sed in vnione atque per vniونem. ex quo enim CHRISTVS humanam naturam adsumit in vnitatem personae, non amplius est tantum DEI filius secundum diuinitatem essentialiter, sed etiam secundum humanitatem personaliter; nec humana natura a filio DEI, cum quo semel vnta est, et perpetuo manet vnta, vñquam excludi potest. ita omnes sentiunt theologi, cum quibus diuertia fecit D. CALOVIVS c), sibi suffragantem laudans D. IACOBVM. MARTINI, philos. post theolog. profess. wittebergensem d). largiuntur, filium MARIAE recte dici filium DEI; sed offendit eos praedictio abstractiua, quam vocant: CHRISTVS secundum humanam naturam, huius sensum esse, contendunt; humana natura est filius DEI, quod inferat substantialiem mutationem, aut generationem humanitatis ex essentia DEI, cum, vt MARTINI ait, nil obstat, cur CHRISTVS, vt homo, non possit dici filius DEI creatus. dissona haec sunt menti theologorum, qui subiectum semper voce concretiua:

(D)

CHRI-

- a) IOANN. FORBESIVS *instruct. historico-theolog.*, L. VI. C. VII.
p. 298 *sqq.*
- b) *Sententiari.* L. III. *distinct. X.* p. 51. edit. lugdun. 1618.
- c) *dispp. in A. C. artic. III.* ROSTOCHII 1636; *recol. f. t. exegem.*
AVG. CONF. art. III. C. IV. §. 2, et *system. theolog.* T. VII.
p. 174 *sqq.*
- d) *colleg. II. syntagm. theolog. disp. VIII.* §. 39 *sqq.*



CHRISTVS, exprimunt, sed quoniama id est concretum personae compositae, addita voce: *secundum humanam naturam* specificant naturam subiecti, de qua agatur, non abstractiue, sed concretiue adcipiendam, vt sit propositio personalis ex vniuersitate statu fluens, et re ipsa coincidat cum illa: filius MARIAE est filius DEI. vnde nulla hinc metuenda est EUTYCHIANA confusio; multo minus generatio filii MARIAE ex essentia DEI inde inferri potest, quia CHRISTVS, vt homo, DEI filius dicitur, non vi essentiae, et per generationem aeternam, sed beneficio vniuersitatis personalis, in qua filius MARIAE unam numerum cum filio DEI subsistentiam accepit, et diuinae essentiae filii DEI, sed absque conuersione et confusione, personaliter particeps factus est, humana quidem natura a DEO, nulla cum viro consuetudine antegressa, producta est, sed propter productionem istam supernaturem CHRISTVS dicitur in sacris litteris filius virginis IES. VII. 14, et respectu humanitatis *ceteras.* HEBR. VII. 3; non filius DEI, etenim filius MARIAE (quod est concretum naturae humanae) sine hypostasi intelligi nequit, vt homo autem ratione subsistentiae propriae fuit *divinitas*, nec in unitate adcepit subsistentiam finitam et creatam, sed eamdem, quam habet filius DEI, aeternam, infinitam et incretam. quapropter theologi merito verentur CHRISTVM vt hominem, filium DEI creatum dicere. longius et quoad rem abeunt a nobis SOCINIANI, qui CHRISTVM pro nudo, et si praerogatiuis eximiis exornato, reputantes hominem, respectu solius humanae, non diuinae naturae, DEI filium in sacris litteris vocari credunt, quod ne induita scriptura S. adseruisse videantur, varias ex cogitarunt causas, propter quas ipse, vt homo, DEI filius adpelletur, sibi tamen ipsis non constantes e). initio duas tantum commemorarunt rationes: miraculosam conceptionem,

et

c) *catechismus racouienſ. p. 122.*, VALENT. SMALCIVS de diuinitate I. C. P. I. C. XII. integro, OSTORODVS in der Uнтерrichtung C. VI. p. 48 *sqq.*, et praefertim CRELLIVS de uno DEO patre L. I. SECT. II. C. XXXII. integro, p. 285 *sqq.*

et summam dignitatem. cum autem cernerent, iisdem nec singulis scripturae dictis, nec theologorum obiectionibus satisficer posse, tantum in numerum illas auxerunt, ut tredecim ex SOCINIANORVM scriptis colligi possint filiationis CHRISTI hominis caussae, vt 1. conceptio. 2. baptismus f. regeneratio. 3 segregatio et missio. 4. similitudo cum DEO. 5. amor DEI. 6. ius haereditatis. 7. officium propheticum. 8. resuscitatio e mortuis. 9. immortalis natura. 10. potestas diuina. 11. regia dignitas. 12. sumnum sacerdotium. 13. denominatio filiorum DEI a CHRISTO f). pauciores caussas recensent ARMINIANI g) et praeter generationem, quam tamquam propriam a reliquis fecernunt, adiungit namque LIMBORCHIVS i) haereditatem bonorum coelestium. IOANNES, LOCKIVS k), omissa generatione aeterna, manifesto indicio, sistema ipsius christianismi rationale socinianismum non excludere, filiationem a conceptione orditur, et in immortalitate constituit, abutuntur SOCINIANI, et quotquot iis concinunt prae reliquis PS. II. 7, eiusque triuna allegationes in N. T. facta ACT. XIII. 33. HEBR. I. 5. V. 5. etenim supponunt, hunc psalmum agere de DAVIDE litter-

(D) 2 liter

f) vid. D. CALOVIVS Jocinismo profigato SECT. III. MEMB.
II. SVBSECT. IV. ARTIC. II. CONTROV. VI. p. 201. 203.

g) CALOVIVS considerat. ARMINIANISMUS. C. III. SECT. II.
QV. III. p. 132 fq.

h) apologia pro confessione p. 48. 49. a. b.

i) theol. christ. L II. C. XVII. §. X. p. 99.

k) le Christianisme raisonnable T. I. C. XI. p. 228 : Dieu cependant
- - envoia Jesus - Christ dans le Monde, lequel ayant été conçu,
par la puissance immediate de Dieu, dans le flancs d'une vierge, qui
n'auoit point connu d'homme, étoit proprement le Fils de Dieu.
-- De sorte qu'étant le Fils de Dieu, il étoit immortel, comme
son Pere.



liter, de CHRISTO non nisi mystice: comma 7. describere eum,
 vt MESSIAM, non filium DEI aeternum; varios sensus my-
 sticos eodem contineri. quoties igitur PS. II. 7. in N. T. ex-
 citatur, peregrinas circumspiciunt filiationis rationes, quae
 MESSIAE tribui queant, et subinde nouas comminiscuntur,
 alias alias. paucis regero 1) falso est, PSAZMVM II. de DA-
 VIDe litteraliter agere, siquidem praedicata, quae ibidem enar-
 rantur, eiusmodi sunt, vt in DAVIDEM nullo modo cadant.
 quonam tempore gentes et reges aduersus DAVIDEM tanta
 conspiratione insurrexerunt, quanta v. 1. 2. 3. legitur? num
 DAVIDI umquam tam amplum contigit regnum, quod ad
 omnes gentes, ad terrae fines se proferat? v. 8. num DAVIDI
 debetur cultus religiosus, qui v. 10. 11. 12. exigitur? num in
 DAVIDE confidendum est? num bene erit omnibus, qui id
 faciunt? num exitium instat iis, qui id negligunt, v. 12? 2)
 ACT. XIII. 33. adlegatur PS. II. 7., non vt exinde perficiatur,
 CHRISTVM per resurrectionem ex mortuis filium DEI
 factum esse, sed vt constet, illum esse verum MESSIAM a DEO
 promissum. duo namque PAVLVS docet: primo, impletam
 esse promissionem de MESSIA futuro, dum DEVS iam in IE-
 SV. NAZARENO excitarit seu exhibuerit filium suum, quem
 MESSIAM fore PSALMO. II. 7. pronuntiatum sit v. 32. 33.
 deinde (quod a priori aperte distinguitur particulis: quod vero)
 hunc ex mortuis resuscitandum fuisse iuxta scripturas, id quod
 non ex PSALMO. II., sed IES. LV. 3. et PS. XVI. 10. proba-
 tur. 3) toto capite 1. epistolae ad hebreos in eo est apostolus, vt ad-
 firmed

1) de sensu verborum PS. II. 7. et scopo PAVLI ad eundem pro-
 vocantis nunc ago. alioquin non diffiteor, si rem speciem,
 CHRISTVM resurrectione sua ex mortuis, filium DEI in po-
 tentia demonstratum esse R. O. M. I. 4. vrget id ANGLVS
 quidam (cuius scriptum LONDINI excusum in der fortgesetz-
 ten Sammlung von A. und N. 1748. p. 208-224. recensetur),
 vt anonymo auctori brevis historiae socinianismi 1691. editae
 occurrat, qui PS. II. 7. ad filiationem CHRISTI per resurrectio-
 nem a morte trahit.

firmit, CHRISTVM secundum humanam naturam esse verum et naturalem DEI filium, vt v. 2. habet: *ultimo diebus hunc locutus est nobis in filio.* praemissis aliis argumentis v. 2. 3. componit CHRISTVM hominem cum angelis, tamquam nobilissimis creaturis, quas cum dignitate longe superet et post se relinquit CHRISTVS, in creaturarum seriem a nemine referri queat. orditur comparationem v. 4. 5; significaturus, CHRISTVM esse DEI filium tam secundum diuinam, quam secundum humanam naturam, quasi dicat: MESSIAS est filius DEI, vt DEVS, teste DAVIDE, quia pater eum generavit; sed idem pariter DEI filius est vt homo, quia idem nomen vt homo haereditauit in incarnatione, siue per vniōnem personalem. vtrumque insinuat regius psaltes m). quam sublime vero hoc nomen? quis angelorum eo sibi sensu id arrogare potest? 4) HEBR. V. 5. sq. ostenditur, CHRISTVM sacerdotium summum non temere et insolenter inuolasse, sed a patre sibi datum adcepisse. quem in finem ex PS. II. 7. ratio sacerdotii ipsi traditi redditur, et CHRISTVM a patre sacerdotem aeternum constitutum esse, ex PS. CX. 4 euincitur. non potuisset enim CHRISTVS sacerdos esse summus, nisi filius DEI proprius fuisset. quis ex his concludat, filiationem DEI in summo CHRISTI sacerdotio positam esse. adiungere adhuc possem verba IOA. X. 34-36., quae nobis subinde a SOCINIANIS obiiciuntur, coll. PS. LXXXII. 6; nec non LOCKII adhuc rationes; sed de lvtisque paullo post differendi commodior se offeret occasio.

§. IX.

CAETERIS relictis, prima et potissima ratio, cur CHRISTVS homo, sit et dicatur filius DEI, queritur in producione humanitatis a SPIRITV. S. facta, nam verba LVC. I. 35: SPIRITVS. S. veniet super te et virtus altissimi obumbrabit te, unde etiam, quod nascitur ex te sanctum, vocabitur filius DEI, omnibus (D) 3 differ-

m) vid. D. SEB. SCHMIDIVS commentar. in epist. ad hebreos, p. 63. 64.

dissentientibus indicare videntur, miraculosam CHRISTI conceptionem esse filiationis eiusdem caussam. sed operatio SPIRITVS. S., vi cuius MARIA, virgo sine mare, et peccato commaculata, filium a peccato immunem concepit, effecit quidem, vt infans sanctus, non autem vt filius DEI esset: fuit illa necessarium filiationis antecedens, siquidem non nisi sanctum a filio DEI personaliter adsumi poterat; non autem illius caussa, nec particula diu semper caussa, verum crebrius illationem consequentis denotat, quod aduersus SOCINIANOS maxime vrgendum est, qui obumbrationem altissimi, cum nec filium DEI. CHRISTO homine priorem, nec SPIRITVM. S., trinitatis personam adgnoscunt, ad potentiam DEI referunt, de gradu sic dielectos nos esse, temere rati. nec defant inter theologos euangelicos, qui obumbrationem altissimi de virtute DEI aut SPIRITV. S., non filio DEI exponunt. D. IOANN. FECHTIVS a) inquit: *LVC. I. 35. simplicius, me iudice, est, per virtutem altissimi vim diuinam supernaturalem, quae MARIAM non tamquam ignis (qualis in se est DEVS, DEVT. IV. 24. EBR. XII. 29) consumeret, sed tamquam umbraculum ab aestu defendere et adeo foecundaret (sicut semen in terram proieclum umbraculo contingitur, ne a nimio solis aestu suffocetur) intelligi, quam ipsum filium DEI, in utero MARIAE tamquam sub chappa obumbratum.* nouissime VENER. DOM. D. HEVMANNVS eamdem interpretationem suam fecit b): Durch die kraft des höchsten wird auch der H. Geist, verstanden nach der in der Bibel so gewöhnlichen Exergafe. interim contestatum est, plerosque theologos nostrates virtutem altissimi de filio DEI, et obumbrationem vel ex nube tabernaculi foederis EX. XL. 34. NVM. IX. 15, declarare c), vel ex chappa hebrae-

a) historiae CAINI et ABELIS. MDCCIV. ventilatae COROLL. I.

b) P. II. der Erklärung des N. T. s. LVCÆ adh. I. p. 34. 35.

c) vid. IOANN. CHRISTOPH. WOLFIVS curis philolog. et crit. ad h. I. p. 562.

hebraeorum d), quae tamen sequioris aetatis esse aliis videtur. vnde cumque autem obumbratio illustretur, non adeo incerta est interpretatio virtutis altissimi per filium DEI, ac VIR. CELEBERRIMVS sibi persuadet: *hat einen gar zu ungewissen Grund.* certe iisdem argumentis, quibus ipse exergasiam, ad quam praeter necessitatem configiendum non est, firmauerit, doceri potest a theologis obumbratio filii DEI, quae id praeterea habet commodi, vt filiationis DEI non solum antecedens, sed et causam praemittat. conceptionem miraculosam, propter quam CHRISTVM. DEI filium appellari, SOCINIANI credunt, impuro defoedant commento de DEO, patre eius naturali, qui patris vices supplererit. in sacrifici litteris filius DEI vt homo vocatur semen mulieris GEN. III. 15, filius virginis IES. VII. 14, et *ανταρως*, qui nullum habeat patrem HEBR. VII. 3. in locum primae deitatis personae paullo ante memoratus PROF. PHIL. HALENS, substituit tertiam. nam SPIRITVM. S. CHRISTI hominis patrem et hunc illius filium vocat. *confectarium id esse ait verae interpretationis PS. II. 7. a se propofitae:* *Man mögte einwenden, dass es etwas unverhörtes sey, dass man den Messias einen Sohn des H. Geistes nennet. Allein ich antworte, dass solches auf der unrichtigen Erklärung unsers Textes, den man von der ewigen Geburt aus dem Vater angenommen, herröhre. Daraus folget aber nicht, dass künftig hin nicht müsse die Sprache geändert werden e).* et alibi: *Dass man den Messias einen Sohn des H. Geistes heisset, ist eine Folge aus dem vorigen, da ich gewiesen, was der H. Geist an der Menschheit Christi gethan. Die Benennung des Sobnes steht in der Bibel, so wol den derben Wörtern nach Ps. 2, 7. ver-*
möge

d) vid. D. IOANN. BENED. CARPZOVIVS *disput. acad. disp.*

X, de chuppa hebraeorum, qua επισκιαστης LYC. I. 35. illustratur, vbi p. 438. hunc propositionis sensum suppeditat: filius DEI tamquam sponsus a te, in tuo utero, tamquam sub chuppa obumbrabitur, dum sibi carnem veluti sponsam indissolubili matrimonii nexus associat, init, copulat.

e) P. I. der Schrift Erklärungen, p. 12.



möge meiner ehemals vorgetragenen, und nun noch mehr bekräftigten,
und von Einwürfen vertheidigten Beweistümern; als auch dem Ver-
standenach, weil mangleich geltende Redens-Arten und Begriffe findet f).
atqui ex hoc consecratio sacris litteris aduerso discere a posteriori
VIR. CELEB. poterat, exegesis PS. II. 7. nouam, veram esse
non posse. verum non est, SPIRITVM. S. ibi filium adfari,
et generationem humanae naturae futuram effari. *vñctio v. 6,*
quae eum in finem aduocatur, est patris, non spiritus S. IES.
XLII. i. LXI. i. ACT. X. 38, et re ipsa constitutionem regis
ZIONIS designat; non symbolum *vñctionis*, a quo tamquam
symbolo, regum constitutio, scripturae phrasē solenni deno-
minatur, sicut et v. 8. de hac MESSIAE regali dignitate agit
PS. CX. i. IES. LIII. 12. EPH. I. 17. 20 sqq. PHIL. II. 9 sqq.
fac autem tam v. 6, quam v. 8. SPIRITVM. S. loqui, nondum
tamen firma consequentia inde elicitor, ut supra ostendi, et
iam v. 7, eumdem a filio loquentem introduci. recipit se ad
dicta LVC. I. 35. MATT. I. 18. 20: *Sind das nicht gleich-*
gültige Redens-Arten επινεματος γεννηθεν. MATT. I. 20, *aus*
dem Heiligen Geiste geboren seyn; *und ein Sohn desselben seyn?*
Ist es nicht gleich viel, schwanger seyn von dem Heiligen Geiste?
Matth. I. 18, und den H. Geist als Urheber, Zeugher und Vater
von jemand erkennen? g). omnino hinc intelligitur, huma-
nam naturam CHRISTI hominis a SPIRITV. S. in MA-
RIA productam esse, quod nemo initiatitur; minime vero
adseritur ibidem, humanam CHRISI naturam a SPIRITV
S. generatam, SPIRITVM. S. patrem eius, et CHRISI VM
hominem SPIRITVS. S. filium esse, nisi quis particulam *εν*
efficienter intelligendam, ad materiam a DEI spiritu longe alien-
issimam rapere velit. in subsidium ulterius vocat significati-
um verbi *λέγει;* man wird finden, dass *λέγει* überhaupt nichts an-
ders heisse, als etwas durch seine Kraft zur Wirklichkeit bringen,
den Grund von jemandes Daseyn in sich enthalten h), et notionem
vulga-

f) P. II. p. 123. 124.

g) P. I. p. 9sq. p. 12.

h) P. I. p. 12.

vulgarem verbi Zeugen: *Zeugen ist weberhaupt nichts anders, als diejenige Handlung eines gewissen Dinges, nach welcher es macht, dass ein anderes die Wirklichkeit erhält i).* vix serio rem agit vir eruditissimus. non quaeritur, quae sit verbi רְמֵנָה significatio generalis, ex inductione significationum propriarum et impropriarum per abstractionem formata? sed quae eius sit notio biblica, specialis et propria, quae generationem propriam dictam, quae relationem inter patrem et filium efficiat, quae generationem ab alia productione quacumque dirimat?

haec in eiusdem essentiae communicatione consistit, nec umquam deserenda est, nisi quaedam ab ea nos reuocet necessitas. generatio in sensum vulgarem accepta actualitatem quidem rei largitur: non autem vice versa, quicunque rei actualitatem largiuntur, generare dicuntur. prolem erudit et architecti, fatores et futores generant, non libros, aedificia, vestes et calcos generant. num philosophum tantae perspicaciae decet ingenium in scripturae oraculis, et mysteriis experiri, et possibiliteribus quaesitis sacra ludibrio expondere? pertinent huc infelices lusus de MELCHISEDECO et CHRISTO, qui αὐτός ἦν HEBR VII. 3. dicti sint, quia patres eorum ignorati fuerint; Melchisedek hatte wirklich einen Vater; nur aus der Historie war er nicht bekannt. Und so hatte auch der Messias einen Vater, Maria war aus der Verkunst des Heil. Geistes schwanger worden; nur die verkehrten Juden wollten solches nicht glauben, und schwebten in einer strafbaren Unwissenheit derselben k). num CHRISTVS homo hic describitur ratione iudeorum infidelium tamquam αὐτός?

nonne talis in se fuit? nonne in se fuit αὐτός ratione diuinitatis? num eius mater secundum humanitatem fuit ignorata? quocunque autem sensu sine patre fuisse dicitur, eodem fine matre et genealogia fuisse dicendus est CHRISTVS. meminisse debebat, inquit S. VEN. DOM. D. PFEIFFERVS I), inter utrum-

(E)

i) P. II. p. 118.

k) P. I. p. 22.

I) progr. natalit. 1751 antea laudato, quod haec scribenti in manus incidit, p. XIV, not, (**).

vtrumque illud praedicatum: απατωε et αμητωε, necessario analo-
giam requiri, ut qua ratione secundum diuinam naturam CHRISTVS
αμητωε esse dicitur, eadem secundum humanam naturam απατωε
audiatur. quum igitur ipse concedat, CHRISTVM intuitu diunitatis
αμητωε esse, non quod mater eius ignoretur, sed quod nullam omnino
habeat; intelligere sane debuisse, etiam intuitu humanitatis απατωε
CHRISTVM vocandum esse, non quod ignoratus fuerit pater, sed
quod nullum omnino habuerit proprii nominis patrem. manifesto
igitur CHRISTVS homo απατωε vocatur, quia omnis omnino
patris expers fuit, et nec prima nec tertia persona eum gene-
ravit, sed tercia eum miraculose, absque generatione tamen,
produxit. miraculosa enim virginis conceptio, praeter ea, quae
matris sunt, non alia exigit naturalia, eoque nomine distin-
guitur a generatione naturali, in qua generantium organa, vires
et actus requiruntur; causae secundae propria et immediata
virtute agunt; DEVS autem, si discedas a primea eius be-
nictione, conseruatione atque concursu generali, speciatim
non operatur aut cooperatur. quae si intelligerent, aut intel-
ligere vellent ZINZENDORFIANI, puderet eos spucissimi sic
dicti mysterii gamici m), in quo CHRISTVS decantatur velut
pater christianorum praeferit liberorum directus, et verus
vxorum maritus, cuius nudi procuratores, tamquam vice-
CHRISTI sint quiuis mariti; neque illud fidei nostrae con-
fessione, qua DEVUM vt hominum omnium patrem venera-
mur, tueri sustinerent.

§. X.

CHRISTVM esse filium DEI adoptium, disputarunt
ARIANI, SOCINIANI, ADOPTIANI. ARIANI eum adoptium
DEI filium dixerunt respectu diuinae, quam nos credimus,
natu-

m) comp. VIRI, MAX. VENER. D. BENNER. P. I. der ge-
genwärtigen Gestalt der Herrnhutherey in ihrer Schalkheit, p. 141.
sqq. et D. HOFMANN in der gegründeten Anzeige derer Herrn-
huthischen Grund-Irrtümer C, II. §. 3 sqq. p. 10 sqq.

naturae. etenim CHRISTVM patri coaeternum et confubstantialem esse, infiati, illum ante rerum primordia creatum, DEVVM factum, nec natura, sed adoptionis gratia DEI filium esse, opinati sunt a). horum cohorti adscribendus est BONOSVS, episcopus quidam, vi fertur, macedoniae saec. IV. b), a quo denominati sunt BONOSIANI sive BONOSIACI, qui CHRISTVM adoptium, non proprium DEI filium esse credunt c). equidem IOANNES. FORBESIVS d) ab iis ADOPTIANORVM haeresin orditū; sed BONOSIANOS scriptores antiquiores inter hostes diuinitatis CHRISTI reiecerunt e). eiusdem commatis procul dubio fuit THEODISCVS, hispalensis, ISIDORI successor, de quo C. C. SANDIVS f): A. 636. constitutus est archi - episcopus hispalensis - THEODISCVS, natione gracus - haeresi ARIANVS: docebat, dominum nostrum IESVM, CHRISTVM cum patre et spiritu S. non esse unum DEVM, sed potius adoptiuum, et DEI patris omnipotentis filium adoptiuum. hanc quaestione, quoniam ad diuinam CHRISTI naturam spectat, nunc relinquo. SOCINIANI mutuo dissident, num et quo respectu CHRISTVS vel naturalis, vel adoptiuus DEI filius adpellandus sit? omnes consentiunt, CHRISTVM secundum humanam naturam non instar reliquarum creaturarum productum, sed genitum esse, ideoque filium DEI naturalem

(E) 2

ralem

- a) vid. FRIDER. SPANHEMIUS *introd. ad hist. sacr.*, p. 117. edit. 1698.
- b) conf. PAVL. STOCKMANN *elucidario s. lexico haeresium*, v. BONOSIACI, p. 190. edit. 1719.
- c) ISIDORVS hispalensis *de scriptoribus ecclesiasticis* C. XX. p. 55, qui liber in D. I. A. FABRICII bibl. ecclesiastica recusus est, scribit: BONOSIACI. CHRISTVM adoptiuum, et non proprium dicunt.
- d) *instruction. historico-theologicarum* L. VI. C. I. p. 292. §. 1.
- e) *testimonia in medium produxit IOANN. TRELVND* disserit. de haeresi adoptiana §. IX.
- f) *nucleo hist. ecclesiast.* L. III. p. 353.



ralem dici posse g); sed addunt eum SCHLICHTINGIO, sensu adoptio omnes credentes, maxime autem CHRISTVM, filii DEL nomine indigitari: vel eum VOLCKELIO, CHRL-STVM a primo quidem actu et ratione generationis, filium esse naturalem, sed postea perfectioni quadam ratione genitum, adoptiuum filium dici h). sed ista, et si ratione humanitatis CHRISTI venditentur, pariter missa facio, quia supponunt, CHRISTVM esse nudum hominem, non simul DEVVM. remanent igitur soli ADOPTIANI, inclinante saec. IIX. in hispania nati, quorum principes fuere FELIX, episcopus VRGELLENSIS, seu ciuitatis VRGELLORVM in catalonia iuxta saltus pyrenaeos sitae, et qui ab eo errorem adcepisse fertur, ELIPANDVS, archiepiscopus TOLETANVS i). FELIX nimio in

- g) SMALCIVS *deiunitate I. C. P. I. C. III.*; ob conceptionis et nativitatis modum - naturalis DEI filius dici iure potest. --- omnes angeli creati a DEO fuere: at dominus IESVS ab eogenitus fuit.
- b) comp. D. CALOVIVS *socinismi profligati SECT. III. MEMB. II. SVBSECT. IV. ART. II. CONTROV. V. VI.* p. 196 sqq. 203, et *System. T. III. ART. III. L. III. QV. III.* p. 657.
- i) vid. D. FABRICIVS *biblioth. latinae mediae et insimiae aetatis L. V.* p. 279. v. ELIPANDVS et L. VI. v. FELIX *vrgeleensis*, p. 482 sqq., vbi scriptores de haeresi adoptianorum p. 484 sqq. magno numero enumerantur. nostrarium praecipue in hanc causam inquisuerunt D. IOANN. GEORG. DORSHEVS *collatione ad concil. francofurtiensis 1649*, et IOANN. TRELLVND, theologus hafniensis exercit. *historico-theologica de FEZICIS vrgeleitani*, et ELIPANDI toletani haeresi, vulgo adoptiana, hafniac 1699, quae recula est in IOANN. VOGTII *bibliotheca historiae haereticologicae T. I. FASCIC. II. et III.*, vbi p. 347. 410. scriptores de adoptianis commemorantur. excepte hanc eiusdem TRELLVNDI *assertio plenior genuini status controversiae orthodoxos inter et adoptianos saec. IIX. agitatae 1715*, et *quaestionum theologicarum FELICIANAE controversias ad finium decas 1716*.

in disputationibus cum faracenis aestu, vt suspicatur S. VENER. MOSHEMIUS k), CHRISTVM hominem, non natura, sed adoptione, DEI esse filium, adseuerabat. consultus ab ELIPANDO per litteras, haesitanti hoc responsum dedit: CHRISTVM secundum diuinam quidem naturam esse verum et proprium DEI filium, natura genitum a patre; CHRISTVM hominem vero, seu filium MARIAE non esse nisi adoptiu[m] DEI filium. circa A. C. 100CLXXXIII. lis incensa et aliquot post annis ab ELIPANDO per hispaniam, a FELICE per galliam et germaniam disseminata est haeresis, hinc discussa, hinc damnata, synodo NARBONENSI 788 l), FOROIVLIENSI 791, RATISBONENSI 792, nec non ROMANA 792 m), potissimum concilio FRANCOFVRTANO 794, quod excepérunt AQVISGRANENSE cum noua synodo ROMANA et VRGELLITANVM 799 vel 800 n). scriptis eam prae reliquis adgressi sunt BEATVS et HETERIVS, hispani, PAV-

(E) 3

Ll-

k) *institution, histov. christiana antiquioris saec. VIII, C. V. S. III.*
p. 545. ELIPANDI pariter errorem nonnulli ex frequenti cum MAVRIS commercio deriuant, vt DORSCHEVS collat. ad concil. francof. SECT. III. C. II. p. 107, et TRELLVND exercit. de haeresi adoptiana SECT. II. §. 1. L.c. p. 368 referunt.

l) synodus NARBONENSIS, quae 788 habita fuisse vulgo creditur, a COINTIO ad a. 791. referrur. inscriptio eius ostendit, aduersus FELICEM ibi agendum fuisse; sed acta, quae extant, nil de ista causa habent. BALVZIUS vero illa ex [veru]stissima membrana descripta edidit, ipse nihilominus adgnoscens, aliquas adhuc supereesse difficultates. vid. D. IO. ANDR. SCHMIDIUS introduct. SAGITTARIANAE in hist. ecclesiast. T. II. p. 1211. qq.

m) memorat eamdem LVDOV. ANTON. MVRATORIVS in der geschichte von italien P. IV. ad a. 892. p. 464 et FRANCOFVRTANAM ad a. 894. p. 468.

n) comp. GVILIELM. CAVE scriptorum ecclesiasticor. histov. litter. saec. VII. p. 430, 431. edit. 1720.



LINVS, aquileiensis, et praesertim ALCVINVS seu ALBINVS a CAROLO, M. ex britannia adcerfitus, BENEDICTVS, anienensis o), quibus deinceps adcessit AGOBARDVS, lugdunensis. FELIX, haeresi RATISBONAE et ROMAE abiurata, sedi episcopali restitutus est, sed mox ad vomitum rediit ab ELIPANDO incitatus. qua de caussa concilio FRANCOFVRTANO damnatus exilio perpetuo apud LVGDVNVM relegatus est, et errorem contra ALCVINVM tuitus est; sed ab eo atque PAVLINO confutatus ingenua confessione AQVISGRANI 799 recantauit, mortuus 818. defunctum in suspicione adduxit AGOBARDVS, qui post eius mortem schedulam inuenit, qua fraudulenter instaurauit omnem prauitatem dogmatis sui, eam autem post alteram palinodiam consignatam fuisse, dubitat TRELLVND p). diutius haeresin propugnauit ELIPANDVS, tandem autem resipuisse creditur, pie, vt scribit CAVE q), mortuus A. 808. item resuscitauit saec. XII., circa A. C. 1160 in franconia quidam FOLMARVS, petrae stillantis seu treifensteinii praepositus, cui duo occurserunt ex bauaria monachi non indocti, vt testis est STEVARTIVS r), omitto scholasticos, quorum solertia possibilia quaevis disputandi, nemini ignota est. non pauci, inquit GABRIEL VASQUEZ, scholastici, nec insimiae notae, CHRISTO tribuunt adoptionem ratione humanitatis. quorum qui nomina et sententias varias scire auet, adeat D. DORSCHEVM s). superiori saeculo D. GEORG. CA.

LIX.

o) vid. FABRICII bibl. latina mediae aetatis L. II. p. 553.

p) de haeresi adoptiana SECT. III. §. XI. l. c. p. 434 sqq.

q) hist. litter. scriptor. ecclesiastic. p. 420. b.

r) de FOLMARO, praeposito coenobii treifensteinensis in franconia in dioecesi wirzelburgensi, sine herbipolitana vid. D. FABRICIVS biblioth. lat. mediae aetatis L. VI. p. 526 sqq. et TRELLVND l. c. SECT. III. §. XVII. p. 446 sqq.

s) interuentione pro mysterio S. S. TRINITATIS. C. XXV. p. 390 sqq. et anti-CORNACI. C. XXV. p. 301 sqq.

L I X T V S t) partim f' adoptianorum opinionem probabiliorem, imo veram dixit, partim quaestionem vniuersam tanti esse, negavit, vt concilii opus decretis, nec melius fuerit eamdem in medio relinquere. improbavit iudicium hoc CALIXTI syncretisticum, dissimulato tamen eius nomine, D. DORSCHEVS, rationibus eius productis et disiectis v). laudauit tamen recentius CALIXTI programma D. CORNEL. DETER. KOCHIVS, theologus helmstadiensis, abiecite de adoptianorum aduersariis et zelo sentiens x).

§. XI

DE. MENTE. FELICIS & ELIPANDI non rectius existimari potest, quam ex actis concilii francofurtani, quorum tamen non nisi quatuor supersunt capitula, de quibus exponit DORSCHEVS a). ex his discimus, præcipuum eorum fuisse hunc errorem, CHRISTVM hominem esse filium DEI adoptiuum; sed duos tamen eidem innexos fuisse: CHRISTVM esse seruum DEI & DEVUM tantum nuncupatiuum. principalis quæstio haec fuit: an CHRISTVS, qui ante vniونem & incarnationem, imo ab aeterno, erat verus & proprius DEI filius, ab aeterno a patre genitus, secundum diuinam naturam, nunc post vniонem & incarnationem pariter tantum iuxta diuinam naturam sit DEI filius proprius & naturalis, secundum huma-

nam

t) progr., quod natali CHRISTI festo 1643. dicauit, et D. QVEN-STEDT *system. theol.* P. III. p. 150. adlegat. consensit eidem IO. HENICHIVS *system. theol.* p. 882 sqq.

v) collat. ad concil. francofurdienſe SECT. III. C. II. p. 123 sqq. adatur TRELLVND l. c. SECT. II. §. IV. p. 372 sqq.

x) disquisit. de disputatoribus nonnullis in ecclesiā mediū aeui infelici- bus, nominatim de FELICE virgiliano, et ELIPANDO, toletano pontifice 1721; quam summatis exhibet IOANN. VOGT *bi- blioth. historiae haeresiol.* T. I. FASC. III. p. 448-455.

a) collat. ad concil. francof. SECT. II. C. II. sqq. p. 20 sqq.

nam naturam vero habeat *vñōη̄α*, qua filius DEI dicatur, sed inferioris ordinis, finitam, creatam, qua queat adoptivus DEI filius dici: an vero nunc in utraque natura & iuxta utramque naturam sit filius DEI verus & proprius, vna & inseparabili *vñōη̄α*, quam secundum diuinam naturam habeat naturaliter & ab aeterno, secundum humanam autem ex personali vniuersitati gratia? b) prius adfirmarunt adoptiani; posterius francofurtani doctores, itaque disputatum non fuit, 1. num in CHRISTO diuisa sit persona filii naturalis & adoptivii, quod aperte nestorianum fuisset; nec 2. vtrum CHRISTVS homo certo quidem respectu adoptivius dici nequeat; alio autem ita adpellari possit? quod SVARETZ & TANNERVS venditant; nec 3. an CHRISTVS, qui est homo, sit filius DEI naturalis? confessi enim sunt FELIX & ELIPANDVS, eam personam, quae est filius adoptivius, secundum humanitatem, esse filium DEI naturalem secundum diuinitatem: nec 4. an CHRISTVS per & propter humanitatem sit filius naturalis? id numquam adseruerunt episcopi, quos inter & adoptianos non de causa *vñōη̄α* in CHRISTO homine, vniione personali, sed effectu vnionis disceptabatur, an, quia CHRISTVS homo subsistentiam consecutus est vnionis gratia, iuxta eamdem sit adoptivius filius duntaxat dicendus? nec 5. de tempore impetratae filiationis, sed de eius qualitate, siue conditione; nec 6. an CHRISTVS homo sit filius DEI naturalis per se & complete? quod catholicis in mentem non venit. principali huic errori de CHRISTO homine, filio DEI adoptivo, innexuerunt alium de eodem seruo, FELIX & ELIPANDVS c). nam arbitrii sunt, CHRISTVM non solum propter obedientiam (sponte suscepit), sed &

b) sequor DORSCHEVUM l. c. SECT. III. C. II. p. 113, qui et sequentia p. 101 sqq. occupavit.

c) seruiti CHRISTI confutandae, plus quam dimidiam epistolaem partem, quae ad acta francofurtana pertinet, insume ADRIANVS pontifex. comp. DORSCHEVS l. c. SECT. III. C. II. p. 114 sqq. et TRELLVND l. c. SECT. III. §. XI. p. 387 sqq.

❀ ❀ ❀

& propter naturam seruum, (seruum conditionalem i. e. ex conditione naturæ) eumdemque perpetuum fuisse, eaque de causa baptismo sive regeneratione per baptismum indiguisse. obscurius haec enuntiata sunt, quam ut sine explicacione quodam relinquere possint. crediderunt, CHRISTVM per operationem SPIRITVS. S. conceptum & natum esse, sine peccato quidem inhaesu, non autem absque reatu & lapsus adamitici imputatione, quo sensu eum vocant seruum poenalem. is autem defit esse, postquam per baptismum spiritualiter regeneratus & adoptatus est (in filii DEI translatus dignitatem). manxit interim seruum legalis legi per se obnoxius, & ad obsequium legi praestandum semper obligatus, non in exinanitionis solum, verum etiam exaltationis statu. recensetur hic error non tam inter theses, quam argumenta, quibus adoptiani se tuti sunt, quoniam filius DEI proprius esse nequeat, qui sua natura seruu est: posuit tamen adoptiuus fieri, sublata seruitute poenali. forte hic error ipsum illud praejudicium fuit, ex quo haeresis adoptiana deriuata, & quo deinceps confirmata fuit. at defientibus FELICIS & ELIPANDI monumentis, eorum systema certo constitui haud potest. adecessit tertius error de CHRISTO filio DEI nuncupatiuo. quamuis enim vox ista in actis francofurtanis non occurrat, legitur in iisdem tamen aliud aequipollens, siquidem CHRISTVS adpellatur filius DEI putatiuus, qui vero opponitur. nuncupatiuum autem DEVUM. ELIPANDO non minus, quam FELICI exprobavit ALCVINVS, aduersus posteriorem disputans: *tria adfirmat in CHRISTO, quod seruus sit conditionalis, quod filius adoptiuus, & DEVS nuncupatiuus d).* arbitrandum ex his est, num tota disceptatio de nomine fuerit, & ad logomachias reiici mereatur? quod duce CALIXTO non solum KOCHIVS, sed & WERENFELSIUS e) fibi perfauserunt,

(F)

vt

d) TRELLVND I. c. SECT. II. §. XII. p. 392. §. XVII. p. 403 *fqq.*
addatur D. DORSCHEVS I. c. p. 121 *fqq.*

e) *dissert. de logomachis eruditorum C. II. §. 2. p. 23. 24. opp. p. 459.*
*conf. S. VEN. MOSHEMIUS histor. christi, antiquioris p. 545 *fq.**



vt alios fileam. posito namque , ELIPANDVM serio fassum esse, totum CHRISTVM esse DEI filium; propter vnam cum patre deitatem (quod per particulas subiecti limitatiuas ad diuinam naturam restringi facile potest , nec totum CHRISTVM sive ambas naturas includit, multo minus filium adoptiuum excludit), quid pronuntiabitur de seruitute CHRISTI hominis & de eiusdem deitate putativa? alia est quaestio, vtrum adoptiani nestorianismi rei fuerint? alii affirmant, alii negant f. duas eos CHRISTO personas tribuisse , non legi; attamen loquitiones & hypotheses admiscuerunt nestorianismo adfines, argumentis vni sunt, quibus nestoriani olim se sustentarunt, imo praecipius ipsorum error ita comparatus est, vt nestorianismum prona consequentia intuluerat. ipse DORSCHEVS, qui ab aperto nestorianismo adoptianos absoluuit, & contra FEVAR-DENTIVM & TANNERVM defendit g), assertiōnē de CHRISTO filio adoptio DEI propter nestorianos multo periculōsum dicit. haeresin igitur adoptianam merito condemnauit concilium francofurtanum, eiusque decretis subscribunt omnes theologi lutherani orthodoxi h). non quaeritur de abstracto; sed concreto; & si addatur particula; secundum humanam natūram, ea non causam indicat filiationis, sed subiectum, de quo agitur. CHRISTVM, vt hominem , credimus, filium DEI

I. non

f) vid. D. FABRICIVS *bibl. lat. med. aetatis p. 486 sq.* et TREL-LVND *l. c. SECT. II. §. V. sqq. p. 374 sqq.*

g) *l. c. p. 101. 106. 108. 125.*

h) solus dissentit D. CALOVIVS, quod plane admirandum est, non dissentente hoc D. CALOVII postremo locero D. QVENSTEDT, quamquam ei, ne solus esse videatur, aliud theolum wittebergicum associat D. IACOB. MARTINI. ira D. FECHTIVS colleg. priuatiss. MSCto, artic. de CHRISTO eiusque redēctione S. VI. quaest. 7. intelligendum id autem respectu locutionum abstractiuarum, alioquin CALOVIVS concilii francofurtani sententiam non improbat. vid. eius *systema L. L. THEOL. T. VII, ad b. l. quaest. IV. p. 288 sq.*

1. non esse adoptium, quia unus tantum DEI filius in sacris litteris proponitur, ante incarnationem sola diuina; post eam humana simul constans natura, secundum quam filius MARIAE a momento conceptionis est filius DEI. LVC. I. 35, & una cum diuina natura unus idemque est filius DEI unigenitus IOA. I. 14. i). quodsi autem filius MARIAE esset filius DEI adoptius, duplex statuendus esset DEI filius, alius naturalis, alius adoptius, nam filius adoptius est α) diuersus a naturali; sed filius DEI & filius MARIAE unam constituant personam. obicitur: CHRISTVM secundum naturam humanam esse filium DEI per gratiam; ideoque adoptium. Resp. filius MARIAE est quidem DEI filius per unionem personalem; sed quia una cum filio DEI hypothesi subsistit, non diuersam, sed eamdem cum eodem filiationem possidet. non confundi debet modus habendi filiationem cum filiatione ipsa, vnde filius in concreto denominatur. β) est persona adoptanti extranea; sed filius MARIAE talis non est, vt pote in unitatem personae γ & δ receperit. 2. sed esse naturalem k). vocamus MARIAE filium DEI filium naturalem non essentialiter & ratione generationis aeternae ex essentia diuina, quod eutychianum foret; sed personaliter & propter communionem essentiae filii DEI hypostaticam l). obicitur, 1, si humanitas CHRISTI non est genita ex substantia

(F) 2

i) vid. SCHERZERI *systema*, L. VIII. §. 8. p. 182sq. et FECHTIVS vel GRAPIVS *de generatione messiae aeterna p. 70sq.*

k) D. BROCHMAND *syst. univers. theolog. T. I. p. 823.* tutissimum censet loqui cum scriptura, quae hanc non usurpat loquendi formulam, ab aduersariis odiose exagitatam, et in termino filii naturalis ambiguam, rem tamen ipsam non diffinetur: *si filius naturalis dicatur, qui non adoptionis gratia more aliorum hominum, sed ipsa nativitate, et diuinae hypostaseos et diuinae naturae et diuinorum proprietatum τὸ λόγος communicatione, filius est: negari utique non potest, quin filius DEI sit naturalis DEI filius.*

l) adoptianorum argumenta studiose collegit FORBESIVS *infraktion. histor. theolog. L. VI. C. V. p. 296.*



stantia DEI, CHRISTVS non est verus & proprius DEI filius.
 Resp. inde nil aliud sequitur, quam quod non fit DEI filius
 proprius per naturam sive essentiam, & vi generationis aeterna-
 ne, quod nemo dixerit; nihilominus est filius DEI verus per-
 sonaliter & vi vnonis hypostaticae. *inflat CALIXTVS*: sic
CHRISTVM secundum humanitatem eodem modo naturalem
 DEI filium esse debere, vt est secundum diuinam naturam.
 Resp. a re ipsa ad modum in sublimi isto negotio non v. c., si-
 cut inferri nequit; filius DEI est DEVIS verus & proprius; ergo
 eodem modo est DEVIS, vt pater. *obiic. 2)* in vna persona CHRI-
 STI duas esse naturas; ergo duas quoque statui debere filiations,
 cum filatio proprius naturam, quam personam respiciat.
 Resp. si filatio consideratur vt nuda relatio ad DEVIM patrem
 respectu diuinae; & matrem respectu humanae naturae, duae
 concedi possent filiations, dummodo filatio humana tribui pos-
 set ei, qui vt homo non habet subsistentiam propriam. rectius
 igitur a nobis filatio spectatur vt proprietas personae, quae non
 nisi vnam habet subsistentiam adeoque & filiationem, nempe
 diuinam. *obiic. 3)* CHRISTVM dici seruum a prophetis, v.
 g. IES. LII. 13., fuisse in forma serui PHIL. II. 7., & ex ancilla
 non nisi seruum nasci posse. Resp. CHRISTVS dicitur seruus
 ratione officii mediatorii; non ratione conditionis nascendi,
 virtute vadimonii pro ADAMO sponte suscepiti; non propter
 reatum lapsus adamitici ipsis naturaliter incumbentem. habuit
 formam serui, in statu exinanitionis, quam liberrime subiit,
 & in statu gloriae depositum; non necessitate naturae, conceptus
 & natus ex MARIA ancilla, non autem vt seruus legi per se
 subiectus, quia ex matre natus est vi promissionis euangelicae
 de semine mulieris GEN. III. 15; non virtute benedictionis na-
 turalis; *erescite & multiplicamini* GEN. I. 28.

§. XII.

DESCENDO ad creaturas, quarum praestantissimae sunt
 angeli. hos in S. codice DEI filios adpellari, inficiatus quon-
 dam

dam est CHRYSOSTOMVS : ostendant inquit a), ubinam angelis
vocati sint filii DEI, sed non possunt uspiam ostendere : homines vocati
quidem sunt filii DEI, angeli vero neutquam. CHRYSOSTOMVM
imitatus est CAESARIVS, vt docet SVICERVS b), recentius
CL. GOTTLIEB. WERNSDORFIVS, hodie professor dantisca-
nus c), filiorum DEI nomen yllibi sacrarum litterarum angelis
datum negavit; cui se obiecit doctissimus FERDINAND.
STOSCH, lingenium rector et professor d). CHRYSOSTO-
MVS quidem sermonis quippe hebrei parum gnarus , secun-
dum versionem pronuntiavit alexandrinam , quae filios DEI,
quos liber IOBI memorat, per angelos conuertit, de quibus ibi
agi, supponitur e). at WERNSDORFIVS de sensu dictorum
apud IOBVM disputat, ea de animabus beatis capiens. veteres
quidam opinati sunt, filios DEI, qui GEN.VI. 2.4. excitantur f),

(F) 3

angeli

- a) homil. XXII. in genesin, opp. T. I. p. 155.
- b) thesauri eccles. T. I. v. αγγελος p. 38, qui hunc eriam notauit er-
rorem expos. symb nicaeno-confidentinopol. C. V. p. 101. 102.
- c) diss. de commercio angelorum cum filiabus hominum, WIT-
TEB. 1742.
- d) exercit. exegeticco-elenchitica de filiis DEI. IOB. I. 6. et XXXVII. 7.
sed nec haec, nec praecedens mihi nunc in promtu est.
- e) IACOB. ODE, professor traiectinus, commentario de angelis
1739 impresso, SECT. I. C. III. §. XVIII. p. 60: verum est, a LXX.
interpretibus, quos Jolos inspererat ille ecclesiae pater, angelos
non vocari νεκροί θεοί, sed in contextu originali diserte nominantur
בְּנֵי אֱלֹהִים
- f) si nugis EDELMANNI standum esset, hi filii DEI ab aliena
manu inserti forent. nam p. 123 des Glaubens - Bekentnißses
audacter scribit: Es ist wahrscheinlicher, daß Esra seine Kinder
Gottes, die er unter Mosis Nahmen nach den Töchtern der Men-
schen sehen läßt, eben so wohl, als die, aus selbigen erzeugten
Riesen, aus dem Hesiodo oder einem andern dergleichen Heidni-
schen Dichter genommen, quid insultius ei in S. codicem con-
melius dici potest?

angelos fuisse, qui filias hominum adpetierint, ex iis vxores sibi delegerint, et nephilim suscepserint, vt PHILo, IOSEPHVS, IVSTINVS martyr, ATHENAGORAS, CYPRIANVS, quorum nomina et locos recitat IOANN. ERNEST. GRABIVS ff.). addi possunt LACTANTIVS g) et SVPITIVS. SEVERVS h). contradixerunt huic errori alii, sed non omnes aequae feliciter. ORIGENES i) ad allegorias delabitur: dieienigen, die fähig sind, den geheimen Verstand der Worte der Propheten zu begreifen, werden leicht zu überzeugen seyn, dass derjenige so vebel nicht gewurtheilet, der schon vor uns angemercket hat, dass in dieser Stelle die Rede von denen Selens Fey, die sich durch die Liebe zu dem menschlichen und körperlichen Leben, welches verblüffter Weise die Töchter der Menschen genenret wird, haben blenden und hinreissen lassen. alii, vt paulo anteamemorau, docuerunt, filiorum DEI nomine angelos numquam insigniri. alii rectius obiecerunt k), partim, quod angeli sint incorporei, partim, quod hac ratione angeli, non homines puniendi fuissent, quod in vniuersali tamen eluuione factum esse legitur kk). occasionem errandi praebuerunt l, versionis septuaginta viralis codices nonnulli, qui GEN.VI. 2. pro: o: v: i: 7: 8: 8: leg-

ff) spicilegio patrum VOL. I. p. 359. 360.

g) diuinarum instit. L. II. C. XI. V. p. 263: angelos (ad tutelam cul-
tumque generis humani missos) cum hominibus commorantes,
dominator ille terrae fallacissimus (diabolus) consuetudine ipsa
paulatim ad vitia pellexit, et mulierum congressibus inquinavit.

h) sacrae historiae Z. I. p. 7: angeli, quibus coelum sedes erat, spe-
cioſarum forma virginum capti, illicitas cupiditates adpetierunt:
ac naturae suae originisque degeneres, relictis superioribus, quo-
rum incolae erant, matrimonioſi fe mortalibus miscuerunt.

i) aduertus CELSVM. Z. V. §. IV. p. 571. ex edit. VENER.
MOSHEMI, qui nota §. credit, ORIGENEM. PHILONEM
securum esse ducem.

k) SVICERVS thesauri ecclſ. T. I. p. 38. 39.

kk) eamdem mecum quidem propugnat thesin, at aliis eam fir-
mat rationibus cel. THOMAS. STACKHOVSE in der Verthei-

legerunt : οἱ ἄγγελοι τὰ θεῖα. quanti vero interpretationem alexandrinam fecerint patres, praesertim , qui litterarum hebraicarum rudiores erant , neminem praeterit. IOSEPHVS pariter I) ei consentit : *multi angeli DEI cum mulieribus congregati progeniem procreaverunt insolentem.* veriorem tamen lectionem , quae in codice VATICANO , aliisque occurrit , non nesciuenter AVGVSTINV S m) CYRILLVS, alii n) 2. liber HENOCHI spurius , cui christiani nonnulli pretium insigne statuerunt , aliis repugnantibus o). hic eadem fabula de angelis traditur p), quam ex ea haussisse CELSV M suspicatur ORIGENES , auctoritatem ei diuinam ab iudicans q). inde quoque mutuo sumta sunt , quae testamentum illud XII. patriarcharum commentitium , de angelorum cum mulieribus consuetudine refert r). 3. persuasio

digung der Biblischen Geschichte und der darauf gegründeten Religion P. I. C. V. §. 282. p. 448 sqq.

- l) antiquit. iudaic. Z. I. C. IV. ex interpretatione GELENII, p. 9. b.
- m) de ciuit. DEI. Z. XV. C. XXIII. p. 155 : *Septuaginta interpretes et angelos DEI dixerunt istos et filios DEI, quod quidem non omnes codices habent, nam quidam nisi filios DEI non habent.*
- n) conf. VEN. DEYLING obs. S. P. I. obs. XXVII. §. II. p. 125. et quam maxime SVLCERV S thef. eccl. T. I. p. 39. T. II. p. 1358.
- o) quid de eo patres censurint aliquie viri docti, abunde exposuit D. FABRICIVS codice apocr. V. T. VOL. I. p. 160 sqq. VOL. II. p. 58 sq. recentissime libri huius auctoritatem sub examen vocavit THOMAS. STACKHOVSE I. c. p. 462. sqq.
- p) verba ita habent , in quas (pueras speciosissimas) exarserunt egregori (angeli) et earum amore capti , in variis errores abducti sunt , mutuis itaque sermonibus se se adhortantes : eligamus , inquiunt , nobis uxores ex hominum terrae sibi ab etc. vid. GRABII spicileg. patrum VOL. I. p. 347.
- q) aduersus CELSV M. L V. C. VII. §. III.
- r) vid. testamentum RUBEN §. V. et testamentum NEPHTALIM §. III. apud GRABIVM I. c. p. 150 213, et FABRICIVS I. c. VOL. I. p. 496 sqq. VOL. II. p. 83 sq.

fusio de corporibus angelorum subtilioribus, quae, quo latius per ecclesiam vagatus est platonismus, eo magis eam peruersit, et si nec scriptura S. angelis corpora adserat, eos meros spiritus adpellans, nec ratio, quae ne angelorum quidem existentiam certo exploratam habet, de illorum essentia definire quidquam possit s).

§ XIII.

MISSOS facio hos filios DEI antediluvianos, qui homines procul dubio fuerunt et SETHI progenies; non angeli. re-
tius hoc aduocantur, qui libro IOBI excitantur, "filii DEI, C.
1, 6, coll. C. II. 1, et C. XXXVIII. 7, prior locus hunc in mo-
dum fluit: sed fuit dies, quo venerunt filii DEI ad standum iuxta
JEHOVAM: et venit etiam satan in medio eorum. filios DEI hoc
loco angelos esse, res ipsa docet, chaldaeus transtulit: *ordi-*
nes angelorum; septuaginta; angelii DEI. interpretestam veteres, quam
recentiores uno ferme, ore angelos intelligunt a), exceptis pau-
cis, qui litteram narrationis huius prementes de hominibus
piis adcipiunt. animas beatorum vix vnum et alter in subfi-
diuum vocant, non insolentem hanc adpellationem esse, pa-
tet ex C. XXXVIII. 7. et DAN. III.; vbi, qui v. 25 filius
DEORVM adpellatur, v. 28 angelus dicitur. venerunt hi filii
DEI, vt coram DEO starent, quae descriptio est officii angeloi-
rum ministerialis i REG. XXII, 19, DAN. VII, 10, quamobrem
animae beatorum significari nequeunt. his etiam filiorum
DEI nomen in S. scriptura numquam inditum legitur, nec tam-
quam substantiis incompletis conuenit. stare quidem legun-
tur

s) copiose hoc argumentum executus est IAC. ODE *commentatio de angelis, SECT. III. C. I. p. 307-391.*

a) vid. SEB. SCHMIDIVM in librum IOBI p. 21, COCCEIVM
in IOBVM opp. T. I. p. 382, er nouissimos IOANN. ADOLF.
HOFFMANN in der neuen Erklrung des Buchs Hiob 1735,
p. 9. VENER. DOM. D. S. I. BAUMGARTENS Ausle-
gung des Buchs Hiob 1740. P. I. p. 120sq., REV. MACOB
RDEGS recht beleuchtetes Buch Hjobs 1743, P. I. p. 6. 7.

❀ ❀ ❀

tar coram throno et agno APOC. VII. 9; sed 1. in visione,
quae C. VI. 9-11. sub longe alia specie, scilicet tamquam quie-
scentes sub altari repraesentat animas. 2. diuerso sensu.
animae stant coram DEO, vt gloria coelesti perfruantur ? an-
geli vero non modo visionis beatificaे gratia MATT. XVIII.
10, sed etiam subiectionis et obedientiae causa, vt promittu-
dinem iussa diuina adcipiendi et expediendi testentur PS. CLII.
20. 21. posterius, quod apud IOBVM innuitur, non est anima-
rum beatarum, sed angelorum tantum, qui propterea venisse
dicuntur ad standum iuxta IEHOVAM, velut antea dimisi,
nunc reduces, quossum faciunt, quae angelus ZACHARIAE
LVC. I. 19. respondit : *ego sum GABRIEL, stans coram DEO,*
misisque sum, ut loquar ad te. adcedit mentio satanae, qui fi-
liis DEI opponitur, et in medio eorum fuit, seu non absque
nutu diuino sanctis angelis se adsociavit. hunc remouent
non solum, qui cum BALTHAS, BEKKERO b) diaboli sub-
vertunt operationes ; verum et, qui historiam IOBI tot nomi-
num, locorum, numerorum circumstantis signata[m], et dictis
EZECH. XIV. 14. et IAC. V. 11. confirmatam c), in drama et
fictionem conuertunt d). offendunt plerosque diaboli ad coe-
leste concilium aditus, et colloquium cum DEO institutum,
quae difficultates, et si saepius discussae et solutae sint, PETRVM
ROQV[S], pastorem nuper basileae gallicanum, strenuum alio-
quin historiae iobae defensorem, eo abduxerunt, vt haec com-
mata parabolice exponat, et satanam in prauos homines trans-
mutet e). scrupulos, quos mouet vir doctus, eximere fibi po-
(G) potuist.

-
- b) *in der bezauberten Welt*, L. II. C. XXV. S. 20. p. 168. 169.
c) comp. FRIDER. SPANHEMIVS *historia IOBI*, C. I. §. V. sqq. p.
75qq. et D. BVDDEVS *hist. eccl. V. T. T. I.* p. 361sqq.
d) vid. VENER. Iubecensium praelul. D. CARPZOVIUS, *introd.*
ad libros canon. V. T. P. II. C. II. §. III. p. 30sqq.
e) contin. SAVRINIANARVM meditationum, seu P. II. der Bes-
trachtungen über die wichtigsten Begebenheiten des A. und N.
T. n. XIX. §. 12. p. 714sq. et §. 35. p. 733, vbi scribit: Diese



tuisset, dummodo parabolas meras distinxisset ab historiis veris parabolicis adcessionibus vestitis f). huius, non illius, generis est narratio haec, quae calamitatis omnis, IOBO illatae, originem tradit. auctor illius non alius fuit, quam satanas IOBO obrectans apud DEVVM, et summo numine permittente, virum sanctum adfligens. nihil his omnibus ineft, quod littoraliter sensum relinquere nos cogat. diabolum maligno in pios animo esse, eos coram DEO adcusare, et quoad ei licet, vexare, DEVVM pios castigare, et probare, quandoque diabolo potestatem in eos externam concedere, eamdem tamen suo imperio constringere, nemo nescit, et ex sacro codice alias disci potest. haec autem a scriptore Θεοφίλῳ non nisi ἀνθερίσας efferi poterant, et, quoniam commercium DEI cum spiritibus finitis, bonis et malis, sub humanos conceptus non cadit, sub conuentus et colloquii representantur imagine, quam curiosius scrutari et quaestionibus humanis illustrare haud fas est. ita difficultatum occasiones praescinduntur, et satanae non minus, quam DEI filiis relinquitur locus.

§. XIV.

POSTERIOR Iocus C. XXXVIII, 7. aperte describit angelos tamquam filios DEI: *cum canerent simul stellae matutae et clangerent omnes filii DEI.* alexandrini ultima verba redundat πετάν με Φωνή μεγάλη πάντες αγγελοι με. neque alios designat communis interpretum vox, quam angelos. nam 1. canere et clangere a), quae supremi creatoris laudationem insinuant, sunt

(gottlose Menschen) waren die Satans, welche sagten: Meynest du, das Hieb umsonst Gott fürchte?

f) conf. I. H. VRSINVS analētis S. L. IV. C. XIV. p. 262. DOM. D. BAVMGARTEN in IOBVM. P. I. p. 117. nota c, et reliqui viri docti paulo ante excitati.

a) quibus de caulis angeli clangerint, siue DEVVM laudarint, disputant interpres. plerique ab aliis creaturis; alii a creatione angelorum rationem reperunt, COCCELVS et MOM-



59

sunt creaturarum rationalium actus. Icet enim creature quoque inanimatae et irrationales DEI gloriam enarrant PS. XIX. 2, id tamen obiectio tantum faciunt, quatenus inuisibilia DEI, aeternamque illius potentiam et diuinitatem manifestant, et ad illorum venerationem atque celebrationem nos intitant ac impellunt ROM. I. 20, quapropter iis adstipulari nequeo, qui totum comma certe astra matutina de stellis proprie talibus b) adcipiunt identitas praedicati eiusdem generis exposcit subiectum, videlicet suppositum rationale. neque inde quaedam metuenda est tautologia, sed posterius hemistichium prioris est επεζηγεινον. frequentes sunt eiusmodi exergasiae facrorum librorum, sigillatum metricorum, scriptoribus. vocantur angelicae stellae matutinae, significatu *metaphorico* et propter splendorem sanctitatis et sapientiae, qua post creationem angelii coruscabant, veluti phosphorus sub diei exortum inter reliquias

(G) 2 stellas

MA, quia DEVS considerit terram, habitaculum electorum, postremos resellit ODE de angelis SECT. VIII. C. III. §. II. p. 774, qui § I. p. 773 rationem hanc reddit, quia intellexerint, fe DEI ministros in administratione mundi fore. optime, reor, statuitur, celebrationem summi numinis pertinere ad actus angelorum connaturales, quos statim a creatione, *subsidio*, concreatae sapientiae et sanctitatis exercere debuerint, potuerint, imo exerceuerint, diuinis sigillatim perfectiones in sui et vniuersi creatione conspicuas humillime admirantes.

b) qui tam astra matutina, quam filios DEI proprie dictas stellulas esse credunt, clangorem ipsorum a motu deriuant, qui sonum harmonicum edat, vid. SEB. SCHMIDIVS ad h. l. p. 1418 sqq. D. AVG. PFEIFFERVS dub. vex. CENT. III. LOC. XLIII. p. 589 sqq. per altra matutina intelligit astra summo mane luctentia, quae metaphorice et obiectio canant; quae etiam exegesis est cel. IOA. BERNH. WIDEBURGII mathes. bibl. spec. IV. QV. XXXVII. p. 83. per DEI filios autem angelos, cum stellae numquam filii DEI adpellentur, utrumque subiectum coniungit quoque I. A. HOFFMANN ad h. l. p. 895, qui praedicata vero aliter exponit, ac PFEIFFERVS.

stellas lucet c); non *metonymico*, quo stellae nomen in sacris litteris nuspiam occurrit. astrorum enim incolas ignorat diuina scriptura PS. CXV. 16. IES. XLV. 18. 2. agitur de creationis primordio, quod nexus cum v. 4. docet. hunc omnes adgnoscunt, et in re ipsa plerique collocant, licet nonnulli in foliis verbis: *vbi fuisisti*, quae ad singula commata sint repetenda, fundatio terrae die hexaemeru primo facta est, cum secunda facta separatione aquarum coelum, &, facta collectione aquarum in unum locum die tertia, terra non demum sierent, sed tamquam corpora distincta in conspectum prodirent GEN. I. 6. sqq. 9. 10: ex quo colligunt theologi, angelos prima iam die productos esse; neutquam vero sequitur, eos ante mundum conditum existisse d), cum eadem die, qua producti sunt, vi concreatae sapientiae & sanctitatis creatoris maiestatem & benignitatem celebrare caeperint. elucet hinc, liberos DEI non alios esse, quam angelos, quoniam nondum aderant homines, sexta demum producti die GEN. I. 26. 31. multo minus beatae mentes putari possunt, licet & hae laudes diuinias decentent. omnes enim filii DEI clangere dicuntur; sed vnde beatae animae vel quaedam, vel omnes? noua ratione hoc comma explicat REV. KOCHIVS e), quod sequens eius paraphrasit testatur: *als mit-einander die Morgensterne, die hier neulich von dir, o Satan, in veblin Ruff gebrachte Planeten, und die darin befindliche Einwohner frohlock-zen: und alle Kinder Gottes, alle Engel und verniinfige Geschöpfe, in ihrer angeschafften Richtigkeit, iauchzeten. Denkest du, Satan! der du iene Stimme jetzt zur Vnebtre des Schöpfers misbrauchen wilt, J. Cap. III. 9., denkest du noch wohl an die Zeit, da du auch einer von solchen Kindern Gotter warest? Pfui! was bistu nun für ein schändlicher Engel und Creatur geworden? aegre haec quis adsequatur, nisi obseruet,*

c) DOM. D. DEYLING obseru. S. P. I. obf. XXVII. §. 1. p. 125.

d) ita BERLEBURGENSES P. III. adh. l. p. 133: Es müssen also, wie hieraus von vielen nicht ohne Grund geschlossen wird, die Engel schon vor der sichtbaren Welt-Schöpfung gewesen seyn.

e) P. III. adh. l. p. 794.

seruet, ex mente DOM. KOCHII 1. DEVVM hic loqui cum diabolō, qui IOBI domum & amicos obscurarit s. confuderit; non cum IOBO ipso, vt v. 1. dicitur. 2. stellas matutinas de stellis propriis dictis adcipiendas esse, & quidem metonymice de incolis earum, quod p. 795. acriter, nec procul adsumentis sinistris propugnatur. 3. stellas a diabolo infamatas esse C. III. 9. C. IX. 9. 10. f) longius ab instituto euagarer, si haec disceptanda mihi fumerem.

§. XV.

MEVM potius est disquirere, cur angeli salutentur filii DEI? plures rationes excitat CL. ODE a): rationes huiuscemodi denominationis sunt: I. quod per creationem facti sint filii DEI; ac deinceps in bonitate illa naturali, hoc est, sapientia, iustitia atque sanctitate, a patre suo benignissimo confirmati; atque ita imaginem patris sui gerant, eumque similitudine quadam referant. II. quod DEO tamquam patri et domino spirituum, sint subiecti, eiusque mandatis obedientia grauiter, ac iussa eius promte et expedite exequantur. III. quod in coelo, tamquam domo patris sui, versentur. IV. quod naturae ac perfectionum diuinarum, ut solent filii, penitorem habeam cognitionem. V. quod intipioris apud DEVVM sint admissionis et frequentioris conuersationis. VI. quod DEVS eos praecacteris, qui in peccata lapsi sunt, in filios elegerit. VII. quod pater ille coelestis curam eorum gerat, ne et ipsi in peccata labantur. VIII. quod ipsi angeli filiali prorsus amore professi quantur DEVVM, eiusque gloriam, quae manifesta est facta sive in operi electionis atque redemtionis, sive in opere creationis, sicuti ingenuos decet filios, concelebrent. nimis cumulantur rationes denominationis possibles, quae in pauciores contrahi possunt. admiserunt etiam, quae reformatorum absolutum et particulare decre-

(G) 3

tum

§ comp. magnifici DOM. PRO-RECTORIS, S. VEN. DOM. D. et P. IOA. HENR. BECKERI progr. natalitium de globo nostro terraqueo, praे omnibus mundi corporibus totalibus, σκηνωτει filii DEI nobilitatō p. 16 sqq., sub finem anni superioris publicatum.

a) de angelis SECT. I. C. III. §. XIX. p. 60.



tum redolent b). sed haec ei cum caeteris fidei sociis communia sunt, vt COCCEIO, qui insuper representationem DEI in legatione ad homines haud temere probandam huc aduocat. c) acute quaestione resolut SEB. SCHMIDIVS d) ex comparatione cum satana et filiis DEI ex hominibus. colligit hinc, angelos adpellari DEL filios propter sanctitatem, productionem primam et confirmationem in bono, recte se omnia habent, si locum IOBI. l. respicias, eique speciale vindices significatum. sed IOB. XXXVIII, angeli in statu creationis considerantur, cum boni nondum actum obedientiae, quo in bono perfite runt, edidissent, necdum in bono confirmati essent, cum diabolus nondum inobediens factus esset, et malitia habitum contraxisset; et nihilominus filii DEI vocantur. quod si igitur generalem quaeras denominationis rationem vtrique dicto communem, ordiendum est a creatione, sine qua, vt recte monet SCHMIDIVS, filii DEI vocitari haud possent. cum hac, quia a DEO proficiunt nequit creatura mala, multo minus immediate ab ipso producta, cohaeret essentia bona cum physica, tum maxime moralis, et ex parte DEI amor paternus cum caeteris beneficiis; ex parte angelorum obsequium promptum. quoad in diabolis haec omnia deprehensa sunt, filiorum quoque DEI gauisi sunt titulo, quo sponte deficiente deinceps, ipsi se priuarunt atque exciderunt. HOFFMANNVS e) filios DEI conuertit: die erschaffene Engel, addita ratione: so gebe ich, was, nachdem hebraischen die Kinder Gottes heißt: weil **לְהָנִים** den Schöpfer und Richter aller Welt bemerket. sed 1. haec versio non distinguunt angelos bonos a satana, cui iidem opponuntur. is enim non minus a DEO creatus est, ac caeteri angeli, qui in bono perfiterunt. 2. ratio adiecta nititur hypothesi ingeniosi-

b) vid. SECT. III. C. IV. §. XIX. p. 449.

c) in IOBI. CAP. I. opp. T.I. p. 382.

d) comment. in IOBI. CAP. I. p. 22.

e) in der neuen Erklärung des Buchs Hiob. p. 8.

* * *

ostiore, quam veriore, ac si singula nomina diuinia peculiare
quoddam attributum diuinum designent f).

S. XVI.

RELIQVM foret, vt de hominibus, ad quos mea opella
potissimum dirigitur, commentarer, & quoniam illi respectu
DEI filii vocentur, edissererem. sed quae in S. litteris de ho-
minibus hoc nomine enuntiantur, ipsam ingrediuntur adoptio-
nem omni ambitu consideratam, quae separata exposita
stationem, pauca tamen adtexam, quae statum naturae respi-
ciunt. tam ADAMVS, quam eius posteri, attamen non pro-
fus eodem significatu, filii DEI insigniuntur. de ADAMO
non nisi semel nomen istud usurpatum legitur, videlicet LVC.
III. 38. finem imponit hoc comma genealogiae CHRISTI, quam
LVCAS a v. 23. contexere instituerat. postquam enim v. 22.
commemorauerat vocem patris de coelo auditam, qua CHRI-
STVS. DEI filius proclamatur: *tu es filius meus dilectus, in te*
complacuit mihi: illico se confert ad originem CHRISTI secun-
dum humanam naturam ab ultima aetate repetendam v. 23.
discrepat a MATTHAEO, qui C. I. i. sqq. eamdem operam
suscepserat, triplici ratione. 1. LVCAS profapiam CHRISTI
maternam tradit, cum MATTHAEVS. IOSEPHI maiores reci-
tasset. vt enim vulgari opinioni, qua IESVS. IOSEPHI filius
naturalis pronuntiatur, occurrat, & CHRISTVM iuxta carnem
ανθρωπα esse perficiat, praeterita virgine matre, MARIA, cu-
ius in generis recensu ratio haberi non poterat, MARIAE pa-
trem, CHRISTI auum maternum ELI excitat, illiusque filium
seu nepotem CHRISTVM adpellat a). *O hic erat IESVS, cir-*
citer

f) notauit eam CEL. HERM. SAM. REIMARVS *praef.* posthu-
mo isti libro praefixa.

a) nonnulli viri docti IOSEPHVM, vt generum, cum ELI tam-
quam eius socero copulant, sive vocem γαμήσεως substituent,
sive nomen viōē per generum interpretantes, adiunxit se po-
terioribus S. VEN. DOM. D. HEVMANNVS, tam versione

citer triginta annorum incipiens esse, qui, cum filius IOSEPHI putaretur, erat filius ELI, quasi diceret: ille ipse, qui coelitus declaratus est filius DEI, annos circiter triginta natus, filius quidem IOSEPHI putabatur; sed (cum patrem non habeat terrestrem) filius dicendus est ELI, aut materni b). 2. MATTHAEVS a DAVIDE & ABRAHAMO. CHRISTI genus arcessit in ABRAHAMO subsistens, ut iudeis significet, eum esse verum MESSIAM, quem DAVIDIS & ABRAHAMI filium fore, DEVS ipse & SPIRITVS eius in prophetis praedixerant; sed LVCAS vterius pergit, & ad ADAMVM usque progreditur, totius generis humani parentem, ostensurus, CHRISTVM esse semen illud benedictum, protoplasta lapsis in paradiso promissum, & iudeis non solum, sed & gentibus, seu omnibus hominibus destinatum. 3. MATTHAEVS ab ABRAHAMO orditur, & ad IOSEPHVM descendit; sed LVCAS ab ELI, MARIAE patre, CHRISTI aucto materno, ad ADAMVM ascendit, eundem verbis postremis DEL filium appellans, haud pauci sibi persuadent, ipsum CHRISTVM, non ADAMVM, his verbis DEI filium salutari c). in errorem hos incidisse, scribit D. HEMANNVS d), non incommodam istam crederem sententiam, nisi rationes eorum, qui ADAMVM. DEL filium hic vocari statuant, praferendas esse censerent. nam de origine CHRIS II divina v. 22. iam egerat LVCAS, & dicere absolverat, siquidem v. 23. ad originem eius humanam explicandam se conuertit, eamque per integrum maiorum seriem, ad ADAMVM productam, persequitur. quis eum ultimis verbis ad alia, quae iam

N. T., quam P. II. der Erklärung des N. T. p. 100. sed R. FRISCH, P. I. der Kritik ueber die Heumannsche Uebersetzung des N. T. p. 288. repugnat: Es ist mehr als zu gewiss, dass hier der Heyland als ein Sohn Eli angegeben werde.

b) vid. VEN. HOFMANNVS introd. in lectionem N. T. p. 362.

c) additularius his est S. VEN. D. BAVMGARTEN commentatione de genealogia IESV domini 1749 scripta p. 14. et nota s.

d) P. II. der Erklärung des N. T. p. 103.

33

57

Iam deseruerat, & cum praecedentibus non cohaerent, subito
deflexisse, adduci potest, vt credat? insuper adscendendo
CHRISTI recenset genus, adscendentium autem numerum quo-
modo claudere potest descendantium nouissimus, isque non
iuxta humanitatem, sed diuinitatem spectatus? superfluam
fuisse mentionem filii DEI, si ADAMVS putaretur, excipit D.
RVSIVS e): de quo quidem nullum plane dubium erat, nec illud adi-
cere opus fuisset. sed clausulam sapienter addidit LVCAS. ADA-
MVS, primus homo, non erat a se ipso, neque a patre & ma-
tre; sed a DEO, non solum, vt filii ADAM, modo plane singu-
lari. ideo non in ADAMO substitut LVCAS, sed summum
illud addidit: DEI. atque hic demum est terminus, quo nu-
llus est vterior. si recensio desisset in ADAMO, abrupta esset,
non terminata. nunc a IESV. CHRIST ad DEVVM ducitur f).
alios scrupulos, nescio quos g), sibi fixxit SYRVS (vt & ARABS),
qui vocem vios, sequenti nomini: יְהָוֶה, sicut & anteriori-
bus, in fonte haud praemissam, hoc loco non exprimit, sed
redit: qui ex DEO est. sequitus eum est BEZA, transferens:
qui fuit DEI, nec non B. LVTHERVS, qui conuertit: der war
Gottes. sed contextus affatim comprobat, haud rectius nomen
vios postremo hoc membro excludi, quam antecedentium quo-
piam, siquidem, nisi in singulis id subinde repetatur, aut sub-
audiatur, nullus illis inesset sensus. ipse interpres syrus loco
pronominis יְהָוֶה, quod nominibus patrem significantibus, con-
stanter praemittitur, continuo יְהָוֶה posuit: quae igitur ratio nos
impellat, vt nunc phrasin mutemus, & filii nomen eiiciamus? h)
durum quidem videtur D. ZELTNERO, ADAMVM, DEI
filium dicere, quandoquidem per totam seriem praecedentem
(H) filii

e) harmon, euangelij. T. I. p. 365.

f) ita sentit S. VEN. ALB. BENGELIVS gnomone N. T. p. 221.

g) ne scilicet ADAMVS ex substantia diuina genitus crederetur, vt
suspiciatur GROTIUS annotat. in N. T. ad h. l.

h) HERM. WITSIVS de oeconomia foeder, DEI, L. III. C. X.
§. VII, p. 416.



filii proprie dicti enumerentur i). Da allerdings man anzusehen hat, ob bey einer langfertgesetzten Rede, in einerley Bedeutung der Wörte, so eine grosse Veränderung (indem ja immer von einem mittelbaren und unmittelbaren eigentlichen Sohn die Rede war) aljosort zuzulassen sey. ipse vero confitetur, disparis generis filios, mediatos & immediatos, hic recenseri: quidni ergo filius DEI creatus, non genitus, iis addi posset, postquam ad generationis terminum deuentum est, & nullus amplius superest filius naturalis? si auum in locum patris, nepos in locum filii, deficiente patre, surrogari potuit; quis mirabitur, filium adpellari, qui non per generationem, sed creationem productus est? qua de causa non video, qua specie temeritatis a nonnemine k) incusari possint, qui ADAMVM hic innui, DEIQVE filium vocari, credunt? neque enim vsui loquendi, siue sacro, siue profano, neque rei ipsi notio ita aduersatur. SCRIPTVRA. S. filios non solum proprie, sed & improprius dictos habet, eosdemque, qui a parentibus procreantur, a DEO creari, adfirmat, prout ex iis, que de angelis §. XII. fqq. differui, & mox de posteris ADAMI adferentur, manifesto patet. iudeis non insolens fuit ADAMVM. DEI filium salutare, vt ex libro COSRI & NACHMANIDE docet BVXTORFIVS I), PHILO. DEV. ADAMI vocat patrem, & rationes appellationis explicat m), IOSEPHVS primos homines dixit ὡντος τε θεος γενομένος n). res ipsa, non incommodam hanc esse appellationem, confirmat. creaturis rationalibus haeret filiorum nomen, & respectu eorum competit, quibus existentiam debent, vtut diuerso modo. quod enim generatio gene-

i) bibl. germ. edit. 1740. ad b. l.

k) vid. IO. CHRISTOPH. WOLFIVS curis philol. et crit. ad b. l. p. 607.

l) comp. VIFRINGA obseru. S. Z. II. C. IX. §. III. p. 629sq. ed. franequ. MDCCXII.

m) integrum et prolixum PHILONIS locum descripsit GROTI.

VS annot. in N. T. ad b.

n) vid. MATT. POLVS synops. criticorum VOL. IV. ad b. l. p. 877. edit. francof. 1694.

generatis, idem creatio creatis quoad generalem rationem & analogice confert. sicut enim filii a parentibus, dum gignuntur, vitam adcipiunt; sic entia intelligentia a DEO, quo tempore creantur. angelos a creatione immediata DEI filios denominari, ex IOBL. XXXVIII. 7. discimus quis igitur dubitet, quin ADAMVS a DEO immediate productus DEI filius conuenienter vocetur. optime D. HEVMANNVS o) verba: *des Söhnen Gottes, declarat: das ist, die von Gott geschaffenen ersten Menschen, excitatis plurimis consentientibus, quorum numerum nuper auxit PHILIPPVS. DODDRIDGE p).* a linea aberrat IO. LOCKIVS q). non negat quidem, ADAMVM a DEO creatum seu immediate productum esse; ipsum autem non ratione creationis, sed immortalitatis filium DEI vocari contendit, quoniam immediate productus non possit mortalis esse. scena, quam instruxit, inferuit anglus, acuminis laude, quam sacrae veritatis studio, post mortem clarior. imaginem diuinam collocat in perenni vita, siue animae corporisque immortalitate. quem vero latet, animae immortalitatem (certe indestructibilitatem) ex eius essentia fluere, per lapsum amissam non esse, nec in renouatione instaurari debere, adeoque ad imaginem DEI scripturae vnu plane non pertinere? immortalitas corporis, quae ab homine recto, moriendi potentiam propinquam & proximam, tamquam peccati consequens, remouet, praerogatiuis quidem status integratit recte adscribitur, sed ad ipsam imaginem diuinam, in animae, non corporis, perfectionibus collocandam reuocari nequit. verba LVCAE, ad quae LOCKIVS maxime prouocat, non de imagine DEI loquuntur, sed de ADAMI origine a DEO. quidquid ex hac nostro conceptu consequitur,

(H) 2

non

o) P. II. der Erklärung des N. T. ad h. I. p. 102 sq.

P. I. der Paraphras. Erklär. der Schriften N. T. edit. germ. p. 60.

q) le Christianisme raisonné T. I. C. XI. p. 227: Adam étant le fils de Dieu, tire que St. Luc lui donne expressément dans son Evangile Ch. III. 38. il fut fait à la ressemblance et à l'image de son Pere, en ce qu'il étoit immortel.



non statim rationem filiationis diuinæ continent, mortalis vti-
que esse nequit, qui a DEO immediate creatus est; sed idem
quoque vitiosus & peccaminosus esse nequit, ambiguum igitur
manet, num ADAMVS ab immortalitate, an sanctitate DEI
filius adpelletur? quid autem de ADAMI posteris statuendum
erit, qui, nisi in & cum ADAMO simul defecissent, omnes pro-
cul dubio immortales futuri fuissent, etiam si a DEO immediate
producti, adeoque eodem, quo ADAMVS. sensu filii DEI non
exstisset. ex quibus pellucet, immortalitatem non esse ve-
ram causam, propter quam ADAMVS a LVCA. DEI filius ad-
pelletur r).

S. XVII.

ADAMI posteri, non minus quam ADAMVS, et si sensu
mediato, quoad rem sunt DEL filii, quoniam is dat omnibus
vitam & spiritum & omnia, *in ipso vivimus, movemur & sumus*
ACT. XVII. 25. 28. non succurrat autem oraculum aliquod
diuinum, quo filiorum DEL nomen, de quo vnico iam labore,
vniuerso generi humano tribuitur. spectare hoc videtur di-
ctum EPH. III. 14. 15., praesertim si ex versione D. LVTHERI
aestimatur. PAVLVS patrem domini nostri IESV. CHRIS TI
describit (secundum interpretationem SEB. SCHMIDII) his ver-
bis: ex quo omnis paternitas in coelis & super terra nomina-
tur a), ad statum naturae haec reuocat SVICERVS b), recita-
tis PATRVM sententius subiiciens: piae quidem haec meditationes,

sed

a) ex instituto haec persequutus est S. VEN. DOM. D. BVRG-
MANN *diff. de statu integratis IOANN. LOCKII S. VI, IX.*
p. II. 15 sqq.

b) SCHMIDIVM sequitur D. HEVMANNVS, hunc locum con-
uertens: *won welchem alle Vaterschaft in dem Himmel und auf*
der Erde den Nahmen hat. fonti propior est haec versio, quam
LVTHERANA; sed num quoad sonum et sensum emendatio
et planior sit, anceps adparet,

b) *thesauri ecclſ, T.II. p. 638,*



sed iis vis verborum apostoli vix tangitur, nedum exhaudit. a DEO
 est omnis πατέρις, familia, omnium rerum, quae in caelo & in terra
 sunt, hoc est, est pater, conditor & gubernator omnium rerum visibi-
 lium & inuisibilium, coelestium & terrestrium. alijs autem apostolus
 ad patrem familias & ipsam familiam, quae illum solum respicit in omni-
 bus, a quo solo penderet, a quo item tota est propagata &c. quamvis
 autem pater talis omnino sit (conditor rerum omnium), hic ta-
 men a PAVLO adoratur, prout pater erat ut omnium regen-
 torum, ita speciatim EPHESIORVM, quos in fide atque adeo
 in statu filiorum DEI conseruatos cupit c). minus adhuc robo-
 ris habent reliqua dicta, quae adduci possent, quam ut iisdem
 probari queat, omnes homines secundum naturae statum con-
 sideratos in S. litteris DEI filiorum nomine venire. eorum au-
 tem locum supplet alia, quae de ISRAELITARVM gente agunt,
 & ad vniuersitatem genus humanum legitima ratiocinatione trans-
 feruntur. nam I. DEVIS pater iudeorum vocatur ratione crea-
 tionis mediatae, & iudei filii dicuntur, quatenus ab ipso exi-
 stentiam & vitam adcepérunt. MOSES israelitas redarguens
 DEVT, XXXII. 5: *filiū eris, inquit, sunt macula, ne quis au-*
tem dubitet, quo sensu filii DEI vocentur, v. 6. subiicit: nonne
ille est pater tuus, qui possedit te? nonne ille fecit te, & paravit d?
 populus fidelis IES. LX(V. 7 (8) orat: o IEHOVAH pater noster
 tu es; nos lutum, tu autem figulus noster; & opus manuum tuarum
 omnes nos. contra qui ad idola defecerant, dicebant ligno: pa-
 ter meus tu, & lapidi, tu genitili me IER. II. 27. MALACHIAS
 ingratum genti reduci exprobaturus animum, in memoriam
 ei reuocat, ipsam DEI filium & seruum, DEVUM autem patrem
 & herum eius esse: *filius honorabit patrem & seruus dominum suum:*
quod si pater ego, ubi est honor meus? & si dominus ego, ubi simor
mei? MAL. I. 6. explicationem addit C. II. 10: *an non pater unus*
omnibus? nonne DEVIS unus creauit nos? in eo gloriantur iudei

(H) 3

contu-

e) ita solide respondet WOLFIUS cur. philol. et crit. ad b. l. p. 71.
 d) adexit mystica COCCEIVS ad ultima MOSIS confederationibus,
 & pp. T. I. p. 271 sqq.



contumaces, CHRISTO obloquentes: *nos ex fornicatione nati non sumus. unum patrem habemus, DEV M. IOA. VIII. 41 e).* manifestum esse, puto, DEV M hominum patrem, & homines filios DEI per creationem mediatam vocari. est haec creatio improprie dicta, & produc^tio diuina, ad quam natura concurrit. pendet a virtute DEI, in primaeva creatione creaturis impressa, quam in creaturis DEV S conseruat, & simul ut causa vniuersalis cum particulari ad effectum cooperatur. vnde effectus, natura concurrente, a DE O productus hoc respectu creatura audit i TIM, IV. 4. nomen autem patris ob analogiam, quae inter generationem & creationem mediatam deprehenditur, in intelligentibus adcedit. 2. DEV S pater etiam iudeorum & iudei eius filii dicuntur ratione benignitatis, h. e. amoris & beneficiorum. quanto amore DEV S israelitas complexus fit, quot eosdem cumulauerit beneficiis, in S. codice crebrius relatum legimus. *FILII vos esis IEHOVAE, DEI vestri,* ait MOSES. DEV T. XIV. 1., quod v. 2. de beneficio electionis in peculium declaratur. EPHRAIMVS filius est DEO pretiosus, natus deliciarum, indeque liberationis promissio deriuatur IER. XXXI. 20. *amaui vos, dixit IEHOVAH, dilexi IACOBVM; ESAVVM autem odio habui MAL.* I. 2. 3. amor cum beneficiis conjungitur HOS. XI. 1: *cum puer esset ISRAEL, tum dilexi eum, et ex aegypto vocavi filium meum.* summi quidam viri verba ista, quae MATT. II. 15. in CHRISTO impleta esse dicuntur, litteraliter de CHRISTO adcipiunt; at sensum mysticum respectu CHRISTI sufficere, & litteralem populo DEI relinquendum esse, reor, ne vim aliquam voces & contextus patientur beneficia, quibus israelitas, tamquam filios suos obruit, summatim complebitur IEHOVAH, IES. 1, 2: *filios educauit & exaltaui f).* o patrem

e) respectum ad creationem adgnoscit LAMPIVS in IOANN. T. II. p. 448, sed peculiarem adiungit relationem; quam suo loco committit.

f) distinctius persequitur ista beneficia VITRINGA *commentario*

patrem benignum, quem israelitae tamquam eius filii experti. non idem omnibus contingit benignitatis gradus, quo iudei impertiti sunt. sicuti nec hodie omnibus aequalem eiusdem mensuram admetitur. neminem autem ab ea prorsus excludit. *benignus est IEHOVAH omnibus*, & *miserationes ipsius super omnia opera ipsius PS. CXLV. 9.* omnes, etiam malos, amore generali complectitur, & beneficis paedagogicis propter CHRISTVM exornat. omnibus gentibus, quae in praeteritis generationibus fuit ire vias suas, non sine testimonio se ipsum reliquit, beneficiens ACT. XIV. 16. 17., vt quaerant dominum, si omnino palpent ipsum & inueniant. C. XVII. 27. quare omnes homines secundum naturam D^eI filios, DEVMQVE iporum patrem appellare conuenit, ethnici per transennam id animaduerterunt. & IVPPITER a precantibus pater vocatur, & SATURNVS, & LIBER, & ceteri deinceps, quod LVCILIVS in deorum concilio irridet, inquit LACTANTIVS g), addens: pater ideo appellandus est, quia nobis multa & magna largitur. HIEROCLES h) ait: est DEVS omnium quidem conditor, sed honorum etiam parens. hinc preatio: IVPLITER parens.

§. XLIX.

NE. QVID desit, subiungam DEI filios, quos status ciuilis habet, et sensu latiori ad statum naturae renovare liceat. ASAPHVS. DEV^M introducit iudices his verbis adloquentem: ego dixi: dii vos, et filii ALTISSIMI omnes vos. PS. LXXXII. 6. repetit haec verba CHRISTVS, et iudeis, qui ipsum blasphemiae postulabant, quod se DEV^M. DEIQVE filium dixerat, respondet: nonne scriptum est in lege vestra: ego dixi, dii estis, IOA. X. 34. nusquam haec verba leguntur, praeterquam in volume

a) in IESAIAM. T. I. p. 36., sed ingenio et subtilitatibus COCCEIANIS nonnulli indulgens.

g) in istis, duabus, L. IV. C. III. p. 432. 433.

h) *commentario in carmina PYTHAGORICA* p. 280. 283. edit. LONDIN. 1655.



mine psalmorum. quando igitur CHRISTVS legem excitat, legem non intelligit specialius dictam, seu scripta MOSIS, ut MATT. XXII. 34. 38; sed in generaliorem significatum acceptam, quo vniuersam V. T. scripturam S. denotat, ut MATT. V. 18. IOA. XII. 34. XV. 25. vocat eamdem legem *vestram* sive legem iudeorum, quia hi legem sequi et secundum illam pronuntiare tenebantur, eiusque se magistros et interpretes exactissimos iactabant, ROM. II. 17. a) proceres iudeorum, quorum erat ius dicere, hoc psalmo corripi, in confessio est apud interpretes. IOANN. BRAVNIVS b) inquit: *hoc non dictum est de omnibus principibus, aut iudicibus omnium populorum, sed tantum de principibus populi iudaici, quibus data fuit lex, exponente CHRISTO.* IOA. 10. 34. COCCEII hoc est scitum c): *scriptura non ulterius extendit hoc nomen, quam ad eos, quibus subiectus fuit populus israeliticus, contradicere huic videtur GVSSETIVS, vno hoc psalmo, et uno eius commate אֶלְחָנִים de iudicibus per totam scripturam praedicari, autumnans. disquirit, vtrum ad folios iudices israelis spectet, an perinde ad alios, et respondet d): ad alios extendi patet ex v. vlt., PS. 82. qui indicat agi de omni terra omnibusque genibus. inclamat illum, qui corripere debebat iudices prius accusatos, et certe mali iudices per totum terrarum orbem perque omnes gentes diffusi sunt, quin etiam hoc magis spectat iudices gentiles quam israeliticos. quia psalter est ASAPHVS, qui de dominatione gentilium conqueritur aliquoties, ut PS. 74. et 79. recte ergo et in hoc non procul posito de iisdem queri censemur. nec enim dicit iis quidquam quo iudei urgerentur, ut esset u. g. legis mentio: nec aliud dat iudicium restringens ad iudeos. vero non absimiles sunt rationes adductae, non omni tamen exceptione maiores. conclusio ver. su*

a) D. RVS harmoniae euangelij. T. II. p. 683.

b) *commentar. in epist. ad HEBR. p. 71.*

c) *commentar. in psalmos ad h. l. opp. T. II. p. 326. b. generalius loquitur, quia angelis quoque nomen deorum tribui credit, tamquam custodibus cathedralae MOSIS, in qua federunt seniores.*

d) *commentar. L. ebraicae p. 79, edit. 1743.*

❀ ❀ ❀

su ultimo tamquam suspirium ecclesiae ab argumento psalmi distingueda esse videtur. mentio gentium motuum iudicii diuini, non obiectum designat. malos iudices per totum orbem diffusos esse, negari nequit; sed ex eo colligi nequit, psalmum ad eos omnes extendi debere. omnium minime ista satisfacient COCCEIO, qui psalmum propheticum esse, opinatur, & vaticinari de iudicio CHRISTI, quo iudicaturus erat terram, h. e. populum iudaicum, & de abolitione rectorum eius e). a GVSSETIQ^{uam} quam longissime dissidet FRIDER. ADOLPH. LAMPIVS f). nomen ■יְהוָה h. I. ad solos refert iudeorum magistratus, imo nulli creaturae praeter magistratus iudeorum dari, dubitat, nulli homini praeter eos tribui, numquam de singulis hominibus, sed tantum de toto magistratus iudeorum corpore usurpari; nec de aliis regibus israelitarum, sed tantum de magistratu illo ecclesiastico-politico in deserto instituto dici, adfirmat. postea tamen largitur, in sensu quidem primo intelligi tantum illos, quos DEVS immediato aspeetu & alloquio est dignatus; in sensu tamen proximo designari socios sacerdotis summi in iudicio israelis administrando sensu denique latiori successores eorum, in cathedra MOSIS sedentes MATTH. XXIII. 2. 3., quos deos dicti apostolus adpellet, i COR. VIII. 5. quorū ista collineant, & quoad adprobanda sint, vtro patebit, consideratis verbis: *ego dixi: dii vos & filii ALTISSIMI omnes vos.* nullib[us] scripturarum S. legimus, DEVM his verbis iudices adfatum esse, imo ne quidem alios eodem nomine ■יְהוָה compellasse, dicere DEI est facere, & sensu morali, constituerē, declarare. vt igitur sensus sit: feci; vt sitis dii, deos vos declaraui. verum nec ista declaratio conceptis verbis in S. codice reperitur; implicite tamen deprehendit EX. XXI. 6. XXII. 8. 9. 28, vbi iudices populi deorum nomine ornantur, atque ex his dictis diuina declaratio magno consensu deriuatur. quod si ista de DEO ipso, quod maualit

(I)

GVSSE.

e) l. c. p. 325. a.

f) commentar. in IOANN. T. II. p. 715 sqq.



GVSSETIVS g), non de iudicibus capienda sunt, fatendum est, nos latere, quo tempore, quaque occasione SVMVM. NV-MEN eosdem deos adpellauerit, et declarauerit, neque facilius definiri posse videtur, quid deorum nomen iis impositum sibi velit, subiecto (iudicibus) CQCCEIVS includit, vt paullo ante dixi, angelos; sed praedicatum seu אֵלִירִים in angelos conuerterit R. SAL. IARCHI h): *angeli (elir), quando dedi vobis (o israelitae) legem, eamdem vobis eum in finem dedi, ne angelus mortis amplius dominium in vos exerceat.* sensus est obscurior, et somnium de angelo mortis eumdem non illustrat, sed corruptit, omnes consentiunt, deos intelligi metaphorice adeptos et deos vicarios, deos non natura tales, sed potestate (finita iisque a supremo numine dispensata): deos ratione dignitatis et officii, pro diis declaratos. D. MARTIN. GEIERVS i) inquit: *vicarii DEI, eiusque locum in terris his tenentes, ut v. r., quorum potestas immediate pendet a DEO.* GVSSETIVS k): *quando iudices dicuntur esse אֵלִירִים, spectatur aliquid ad DEVVM pertinens, et in iis adparens.* quidnam autem? habere fortē hominū in manu sua, dare aut tollere vitam, et opes, iudiciis suis. sic metaphora fit, cuius sensus explicatur praefixo ד ficit. D. LAMPEI): *metaphorice id intelligendum esse, facile liquet, nec hoc incommodum est, quoniam in quacunque potestate terre.*

g) l. c. p. 77. a. b. h) *commentario in prophetas, HIOBVM et psalmos a IOA. FRIDER. BREITHAVPTO latine conuerso ad b. l. p. 198.*

i) *commentar. in psalmos ad b. l. p. 1425.*

k) l. c. p. 78. b. negans, אֵלִירִים significare iudices, licet de iis praedicetur. inde p. 79. b. *contra quosdam, nescio quos, dicitur, negans, typo DEI nomen ELÖHIM tribui posse, dici enim non posse, iudex est DEVS.*

l) *commentar. in IOANN. T. II p. 715-718 et not. b. d. credit insuper, hoc nomen fuisse praerogatiuam magistratus iudaici, nec ad magistratus christianos facile transferendum esse, scilicet quia rationem typicam habeat.*

❀ ❀ ❀

terrena diuinæ maiestatis umbra est. subiungit autem, tamquam peculiare: nolim tamen in nuda metaphora hic subsistere, idque declarat his verbis: ratio huius denominationis non mere metaphorica sed typica fuit, quatenus nempe adumbrabat potestatem, quam MES-SIAS in antitypo super israelem N. T. gesturus erat. paucis: distinguit iudicium LXX. seniorum in deserto, quod extraordinarum fuerit, viuente MOSE, et cum eo cessauerit, a iudicio sacerdotali, tamquam ordinario, quod post MOSEN constantis fuerit durationis. de solo magistratu ecclesiastico-politico in deserto instituto, usurpari hanc denominationem, quae resperxerit vicariatum DEI typicum in administratione legis, tamquam immediata DEI institutione, idque liquere ex verbis CHRISTI, quod lex eos vocauerit deos, ad quos verbum DEI factum est, h.e. quos DEVS immediato adspexit et adloquio dignatus est. nondum autem exploratum est, quod de iudicio seniorum tamquam extraordinario, et iudicio sacerdotum ordinario post MOSEN traditur, aliter rationes subduxerunt, qui in aetatem synedrii M. paulo curatius inquisuerunt m). neque typicus ille vicarius DEI ab omnibus admittetur. MOSEN. CHRISTI typum fuisse, et AARONEM omnesque sacerdotes ratione officii sacerdotalis CHRISTVM adumbrasse, ex S. litteris discimus, sed eos ut iudices et senatus illius adfessores, MESSIAM repræsentasse, nullo S. scripturae iudicio constat, verba CHRISTI: *ad quos verbum DEI factum est*, de commercio DEI immediato, velut rationis typicae fundamento, intelligi nequeunt. num per commercium cum DEO, num per immediatum eius adloquium, num per relationem typicam DEI titulus adquiritur? n) rectius sentiunt, qui verbum siue compellationis, siue vocationis, quo iudicibus

(l) 2

tam

m) grauem istam controuersiam solide discutit SVMME. VENER. D. IOA. GOTTLLOB. CARPOV antiquit, S. codicis et gentis hebr. p. 572 sqq. coll. p. 550 sqq.

n) notaui istam sententiam, sed dissimulato auctoris nomine, PHILIPP. DODDRIDGE in der Paraphras. Erklär. des N. T. P. I. SECT. II. p. 296, n. 7.



tam magistratus officium demandatum , quam iste honoris titulus concessus est , tamquam verbum gratiosum designari credunt , vt sensus sit , illos deorum dignitatem et titulum soli diuinae adpellationi debere , quae cum munere , cui eos praefecerit , illud axioma honoris externum copulauerit o) , corroborant hanc interpretationem , qui statim subiiciuntur , filii ALTISSIMI , i. e. DEI , quippe qui nomine עליון , tamquam distinctivo saepius insinuitur , v. g. PS. IX. 3. vnico hoc loco , in N. T. repetito , magistratus DEI filii adpellantur . falluntur , qui GEN. VI. 2. huc aduocant . repugnat oppositio inter filios DEI et filias hominum . qui autem בנֵי אלֹהִים PS. XXIX. 1. et LXXXIX. 7. huc trahunt , coniectura nituntur incerta p) . hoc loco quadam rem , nemine diffitente , cum ELOHIM coincidunt . comprobat id contextus & illatio CHRISTI . IOA. X. 34. 35. facta a diis ad filium DEI v. 36. addit tamen filiorum ALTISSIMI nomen emphasin , quam vox deorum non habet . connotat enim potestatem & dignitatem adcepitam . filii illustri loco nati , non solum vitam & sustentationem , vt humilioris fortis nati parentibus debent , sed & praerogatiwas , quibus eminent , nonnullae ipsa nascendi felicitate ad eos transeunt ; aliae , viuo parente , ipsis decernuntur , eoque defuncto , ad illos deoulauntur , vt in SALOMONE conspicitur , I REG. I. 30 sqq. II. 12. undecimque autem praerogatiwas potiantur filii , nil habent , nisi quod parentibus adcepitum referre debent . eadem est ratio magistratum . sunt dii , adeoque diuinitatis imaginem possident ; sed ALTISSIMI simul filii sunt , h. e. quidquid diuinitatis habent , DEI beneficio habent ROM. XIII. 1. recte D. GEIERVS q) : titulo hoc (בָּנוּ עֶלְיוֹן) peculiariter innuitur dignitas , qua reges ac magistratus alii , dependentiam habent a DEO ,

tam-

o) vid. D. SEB. SCHMIDIVS colleg. bibl. post. LOC. III. dist. I. §. 8. p. 52. D. RVS harmon. euangelist. T. II. p. 684 et BEN-
GELIVS gnomon. N. T. p. 360.

p) vid. GVSSETIVS commentar. L. ebraic. p. 68,

q) commentar. in psalmos ad h. l. p. 1509.

❀ ❀ ❀

quam collatore iurisdictionis iniuersae, qui ipsorum instar filiorum fulsifuit in folio iudicij. praecipuam hanc esse adpellationis causam, nemo non adgnoscet. non excludo tamen reliqua, quae hinc prono alueo fluunt. amat DEVS ordinationem suam, curam agit magistratus, eum protegit et ornat. complectitur haec vna D. GLASSIVS r): filii excelfi, b. e. iehovae dicuntur magistratus et principes PS. LXXXII. 6. etiamque ii., quos ob iniustitiam grauiter reprehendit. igitur non de eo filiorum DEI genere id intelligendum, quod ex fide per verbum ei nascitur: sed respectu duplice alio; 1) quod quasi DEI in terris haeredes sunt, in partem aliquam iudicariae auctoritatis ipsius succedentes, quam eis attribuit, ut rex vel princeps liberis suas terras regendas relinquat. 2) quod ob auctoritatem, quam in terris obtinunt, diuinam, DEO accepti et chari sunt, eiusque ut summi iudicis tutela et patrocinio fruantur, quo nomine merito a subditis amandi, reverendi et magnificandi sunt. ex quibus omnibus relinquitur, CHRISTVM, cum DEVVM. DEIQUE filium semet adpellans, blasphemiae a iudacis reus perageretur, verbis his excitatis, adceptionem satis depulisse, non autem diis illis et filiis ALTISSIMI iudeorum se aequiparasse, vt SOCINIANI autant; sed, adiectis verbis: quem pater sanctificauit, et misse in mundum IOA. X. 36., argumentando a minori ad maius geminam eamque infinitam fibi adseruisse eminentiam, 1) officium MESSIAE, ad quod sanctificatus et missus fit, quoque nemo fungi potest, nisi DEVS. 2) praexsistentiam aeternam. sanctificari namque et deinceps in mundum mitti non potest, nisi qui prius, h. e. ab aeterno praecexit.

r) philol. S. L. V. TR. I. C. XII. n. 3. p. 1823.





AB:153137

ULB Halle
003 898 784

3



V018

56.

R

WNA

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



RECTORE. ACADEMIE. MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO. PRINCIPE. AC. DOMINO

DOMINO. FRIDERICO

DVCE. MEGAPOLITANO

PRINCIPE. VANDALORUM. SVERINI. AC. RACEBURGI. COMITE. ITEM
SVERINENSIS. TERRARVM. ROSTOCHII
ATQVE. STARGARDIAE. DYNASTA

PRINCIPE. AC. DOMINO

NOSTRO. LONGE. CLEMENTISSIMO

EXEGESIN. THEOLOGICAM
NOTIONIS. BIBLICAE

FILIORVM. DEI

AD PROBANTE

SVMME. VENER. THEOLOGORVM. ORDINE
PRAESIDE

BERNHARDO. FRIDERICO QVISTORPIO

PHIL. ET. S. S. THEOL. DOCTORE. HVIVSQVE
PROFESSORE. PVBLICO. ORDINARIO

D. XXIV. MARTII. A. O. R. c15CCLII

PVLICE. DEFENDET

FRANCISCVS. ERNESTVS Lange,

GRABOVIO - MEGAPOL.

SACR. LITTER. CVLTOR.

LITTERIS ADLERIANIS.